

# SINGVLARIA NOTABILIA In Regni Neapolitani Constitutiones, & PARADOXICA DISPVVTATIO

Ad verum Intellectum cap. i. cap. si quis inuestitus, qui success. teneant.  
& cap. moribus ; si de feud. defunct. milit. controu. fuer,

IO. A LOYSII MORMILIS I.C.

Patritij Clarissimi, PHILIPPI III. Regum Maximi, Consiliarij,  
& in Supremo Regie Camerae Summariae Tribunali Regni  
Neapolis olim Praesidis Integerrimi.

In quibus ferè omnes feudales materie præcipue, & dilucidè explanantur.

Opus exiguum, sed omnibus Iuridicam, maximèque feudalem scientiam profitentibus  
apprimè utile, atque proficuum.

Nunc secundò in lucem editum, & aureis, ac nouissimis Additionibus

HORATII VISCONTI I. C. GIFONENSIS

Olim in Provincia Calabriæ Ultra Auditoris, locupletatum.

Accipere Indices duo, Capit. & Constitut. Regni explanatarura unus, Rerumque  
Notabilium alter, locupletissimi.

Ex legato



Wm. Coccini

SUPERIORVM PERMISSV.

NEAPOLI, Ex Typographia Dominici Maccarani. M. DC. XXIV.

EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE,

**Imprimatur:**

**Lælius Tastius Vicarius Generalis.**

**Aloysius Riccius Canonitus deputatus vidit.**

**Stephanus de Mari Canonitus deputatus vidit.**



PER ILLVSTRI VIRO D.  
**DON FRANCISCO**  
D' O C A M P O,  
**CATHOLICAE MAIESTATI IN CASTRO**  
Capuano à Consilijs, & Generali Campaneæ  
Moderatori, Integerrimo.



**N**Ego tibi mortale munus affero, Vir euo dignissime sempiterno, cum Ioannis Aloysij Mormilis, Praesidis iam emortui labores offero, quibus laudabiles Regni huius Constitutiones vidimus illustratas? profecto Romanæ beneficentie Praeceptor officiosissimus mortale damnauit munus; ne amicus accipientis amitus, credet aliquis, ipsa mortis recordatio ne funestaretur. Sed aliis illi Sopho sensus, mens alia. Mansura beneficia querenda nobis praecepit, ut ipsa res euanescentem memoriam extinet, extet, hereat amico, & conuiuat. prudenter ille, ut semper. Publicane aliquando aspexit lucem eruditum Mormilis nostri opus, omnium plausibus exceptum: at vero (vere Lyricus, Nihil est ab omni parte beatum) erat quod litterariorum industria desideraret, erat unde nouus splendor lumen ad illud deriuaretur, & fortasse mortis obiecta nubes fastigatos labori radios, vel retudit, vel ademit. Indices enim, quasi coramentum addidisset Auctor credo, additus nisi immortalitati suiset sua satis gloria coronatus. nostra fuit secunda hec cura, qua Indices decerpsumus duos: obseruantie in te meæ indicia sunt. Animus est, qui parua extollit, sordida illustrat, magna, & in pretio habita dishonestat. Facili ad te venit manu qualecumq. hoc donum: & hoc quidem satis foret, ut grata exciperes fronte: per, credo, gratum habebis, quando plena manu datur. Etenim Horatij Visconti Additiones, non vulgare quidem auctarium, habes. nosti hominem, amasti plurimum, cum mutua certet benevolentia cognata virtus quo cumque in pectore. Curarum iactabatur fluctibus aliquando Plinius, ne que Vespaſiano

Spasiano dicaret, indigna essent Imperatore. Occurrebat ingens ille Romani nominis vertex. & longius etiam ingenij fascibus submovebat: audentem retardabat conatum verecunda cogitatio, non opprimebat; ausus est tandem, & mundi totius Principem ipsi etiam Natura, augusta operis inscriptione, praefecit. Sunt te digna qua Trypis mando, qui fundamentum perpetua commendationis, & fama habes in Iustitia, sine qua nihil potest esse laudabile. Iam ciuilia curas, felix ciuilis felicitatis assertor, quid? teterrima olim criminum pestes, tua manu, auctoritate tua profligata, omnesq. ciuali bono aduersantes morbi. Ceterum amplissima de te praeudent alijs: modestia, pudoriq. tuo, non meo seruendum mihi desiderio paro: & hac ipsum amantis est, non onerare te laudibus. Priores Hispanie tribuan- tur partes, que alumnun extollat suum: commendet litterarum educatrix Bono- nia, cum te in Hispanico amplissimo quidem Sancti Clementis demorantem Col- legio prudentiaque admirabili ciuilis arcana Iuris aporientem fuerit admirata longe, lateque tua vagatur gloria, nec Regni huius finibus continetur. lin- guam Calabria soluat tuis deuincta officijs; etenim aures, animumque Citeriori il- li benevolentem Provincie dicto Audientem exhibuisti. Quiddam sacrum projecto Consultatio est apud Platonem: Gratias Regi Magno, qui cum te à Consilijs in Ca- stro Capuano delegerit, virtutis tuae imaginem in area posuit. & quasi auctorita- te Regia sacrauit. Itē pessum fures, Campanie syria itē pessum: pēnas Mo- deratori huic dabitis deuota neci capita. Nihil in pentibus viri huius vanale est, ambitioni peruum nihil. Gratus inuenit animus liberalitatis materiam inter angustias paupertatis. Ingratus vero est qui remotis arbitris agit gratias: publicans agitur animi in te mei significationem habe publicis litteris consignatae. Scrage. Posteri monumentum, quod eternitati pono, consecroque.

Perillustri Dominationi tuæ

Addictissimus Seruus

Ieannes Dominicus Boue!

# AD LECTOREM.

**J**annes Aloysius Marmilis ab inceunte etate Iuris prudentia studijs, ac humanioribus litteris sedulam nauauit operam, in quibus eo deuenit, ut sua etate Primarios, & praeclara queq; ingenia adsequerit. In rebus agendis summa dexteritate usus, Regis, & Republicæ maiora munia, tanta equalitate coniunxit, ut Ciuitatis Neapolis, & uniuersi Regni conuenientis Sindici officio quater hucusque functus nec Patriam in qua valuit plurimū, in parua quidem relæserit unquam, & suo Regi tot insignia seruitia prestitit, ut Regni excellentissimi Proreges, supremis honoribus, & magistratibus dignissimo viro sub fide, & verbo Regio, etiam scriptura vallato, Ducis titulum, & maxima quoque in Republica onera spoenderint. Et re ipsa dum Regiam incoleret, Regem ipsum, Hispania Principes, Ministros, & Aulicos ob eius singulares animi virtutes, morumq; venustatem, atq; urbanitatem ad maiora indulgendum deuinxit. Cobonestatus interea Regiae Cameræ Praesidis officio, quod vi splendidius in benemerito viro elucesceret, voluit Regia Maestas, ut illud ex trium supremorum Consiliorum assensu in seruitorum partem daretur. Et dum Praesidem gessit, geritq; integrerrimum, tanto se in eo cum Populorum, Regis, Patriæ, et omnium Nobilium applausu uniuersali exercet, ut antiquissimis, & præclarissimis prædecessorum obsequijs noua eaque notabilia addiderit seruitia, maioribus digna muneribus. Ni mirum quod clarissimo genere ortus, que nobilissimum decent Virum prouiderit semper. Adhuc adoloscens, Sanazarij eius consanguinei leporem, atque ornatum sectatus, artificiosa, iucundaq; Poemata edidit, heroico carmine contexta. Super feudales questiones scripsit multa, similiiter super Regni huius Neapolitanas constitutiones, & capitula, singularia quedam congeffit, quibus Respublica municipalis tota recte, riteq; regitur, & diu promissa ab his, qui prælo familiæ huius, & insignis scriptoris viri gesta delineauit, promuntur tandem. Vt eter benelecto, & ex singulari viro, singulari prædicto ingenio, singularia cape, ad præcipuas Regni questiones, & emergentia dubia

dubia soluenda, per quam opportuna, & certè necessaria, ut ex  
operis p̄electione conspicere erit. Regnicolæ multi egregij, probatiq;  
viri de Iure Regni, Regniq; rebus præcipuis in Regia Camera,  
Sacro Regio, ac etiam Collaterali Consilio gestis, et usu comprobatis  
scripsere digna. Sed hæc, quæ modo promuntur singularia Regni,  
vt nomine singularia sunt, re ipsa singularia esse experimento  
comprobabis, & ad causarum palmam obtainendam si aciente in-  
ter manuum palmas attrectaueris, proficient. Fuere, & Vale.

**Fabritius Carrafa.**

IOANNIS ALOYSII

MORMILIS

Jurisconfulti Patricij Clarissimi.

PHILIPPI TERTII REGVM

MAXIMI CONSILIARII, ET IN  
supremo Tribunali Regie Camerae Regni  
Neapolit. Presidis integrerrimi.

PARADOXICA DISPUTATIO

ad verum intellectum cap. i. c. si quis inuestitus,  
qui success. ten. & cap. moribus; si de  
feud. def. mil. contro. fuerit.

S V M M A R I V M.

- 1 Ventionis titulus est. Inuestitura de feudo baroni recasuro an valeat in prece-  
dium filij, vel alterius agnati succedentis baroni inuestienti in feudo ex pacto  
& prouidentia.
- 2 Laici, & clerici feudatarij an diverso iure iudicentur? quoad questionem supra for-  
matum, & num. 7.
- 3 Cap. si quis inuestitus qui successor teneantur, &c. moribus si de feudo defun. quo-  
modo intelligentur in feudo hereditario, vel in feudo ex pacto, & num. 6.
- 4 Feudum hereditarium an cogatum sit iure communis feudorum, & num. 8. & 15.
- 5 Baro an concedere possit excendentias vacaturas,
- 6 Feudum hereditarium nunquam dicitur si hereditaria qualitas in iunuestitura deficiat,  
& num. 24.
- 7 Hæres verbum utrum faciat feudum hereditarium, & num. 14.
- 8 Gap. 11. & filius de alien. feud. declaratur.
- 9 Hæres, & filius in feudalibus idem significant.
- 10 Feudum dominans an possit esse hereditarium, & dominatum ex pacto, & prouidentia,  
seu suffeudum ab eo descendens.
- 11 Ifernus quo tempore ortus, & vita functus.
- 12 Bartolus, & Baldus quo tempore vixerint.
- 13 Cap. 1. apud quem, vel quos, quomodo intelligitur.
- 14 Hæres verbum aliquando pro filio accipitur, & num. 22. & 23. & 26.
- 15 Primus acquirens semper præiudicare potest descendéntibus etiam in feudo ex pacto,  
& prouidentia non hereditario.
- 16 Feudum in dubio an prosumatur paternum, seu anticum, vel nouum.
- 17 Concessio pro se, & liberis, quid operetur.
- 18 Feudum hereditarium venit in petitione hereditatis.
- 19 Filius an possit allodium acceptare, & feudum ex pacto repudiare.
- 20 Afflitti regio corripitur?
- 21 Filiij in feudo ex pacto quo iure succedant, & an tenentur ad interessé repudiando  
hereditatem patris num. 31.
- 22 Filius hæres in allodio repudians feudum ex pacto, an a domino cogi possit, ut reci-  
pere iunuestitram.

- 33 Filius potest sibi non acquirere feudum ex pacto & non per hoc dicitur repudiare.  
 34 Dominus, & feudarius an ad imparia iudicentur & quomodo?  
 35 Contractus feudales aliquando ex parte vna claudicare possunt.  
 36 Inuestito filio in feudo ex pacto non datur penitentia neque filius potest feudum repudiare, quod semel acceptavit per inuestitam.  
 37 Haeres, & videtur verbum quid significant, & num. 41.  
 38 Feudum hereditarium à iure feudorum incognitum, & num. 41.  
 39 Haeres verbum magistrale fuit non iure feudali cognitum neque expressum.  
 40 C. i. qui successus teneantur quomodo intelligitur.  
 41 Haeres verbum à iure prolatum differt quando ab homine profertur.  
 42 Haeres verbum pro filio, vel propriè pro haerede accipi debet, & num. 51.  
 43 Clausula, & cui dederis, quid operetur in feudis.  
 44 Feuda omnia empta sunt hereditaria.  
 45 Feudum natura hereditarium an iure communi feudorum fuerit cognitum.  
 46 Feudum serviens an possit esse diuersa natura à feudo dominante.  
 47 Ratio auctoritatis vincit.  
 50 Principiorum error periculosissimus est in omni doctrinaram, & scientiarum generem.  
 51 Mens legis non verborum Crassities est attendenda.  
 53 Prælati, & feudatarii diuersa ratio quæ.  
 54 Nullum ab initio tractu temporis non conualescit.  
 55 L. lex vestigialis ff. de pignor. an procedat in feudis.  
 56 Argumentum an suum possit à consensu hominis ad confilium legis.  
 57 Feuda in aliquibus casibus concedi, & pignorari possunt cum solo legis assensu.  
 58 Actus qui habet legis assensum debet esse perpetuo validus.  
 59 Assensus hominis, quid operatur quando actui feudali superuenit.  
 60 Assensus regulatur à contractu, & recipit omnes conditiones extentiones, & limitationes quas recipit, & concinet contractus.  
 61 Instrumentum regulatur à natura actus super quo interponitur?  
 62 Assensus domini censetur contractum approbare, & hereditibus prospicere.  
 63 Actus purus feudatarii habet legis assensum, sed si validitas ab homine, quid operatur hominis assensus.  
 64 Verba ciuili modo esse accipienda quomodo intelligitur.  
 65 Infeudatio sinecere, & bona fide facta in feudo ex pacto an valeat, vel in vita concessio dentis tantum substineri possit, & quid in hereditario num. 59.  
 66 Inuestitura de feudo viuentis facta à laico non valet.  
 67 Leges impropriantur, & earum verba, etiā corrupi possunt ne quid absurdii contineantur.  
 68 Haeres non tenetur ex facto nullo defandi.  
 70 Lex vel statutum addens alteri recipit omnes qualitates eius cui addit.  
 71 Haeres verbum pro filio, & successore accipitur.  
 72 Prælatus ideo in successorem nil transmittit, quia electione non successione sit.  
 73 Prælatus antequam feudum eidem aperiatur an possit inuestitam ab eo factam firmare.  
 74 Laici, & prælati differentia in infundando, & differentie plures rationes assignantur.  
 75 Præbende viuentis hominis qua ratione concedi non possunt.  
 76 Prælati sunt administratores, & procuratores rerum Ecclesiæ non domini.  
 77 Succedens in feudo ex pacto an factum sui predecessoris ratum habere tenetur.  
 78 Vassalli debent esse domino loco filiorum.  
 79 Dominus debet cum vassallis ex bono, & equo, ac benigne agere.  
 80 Mandatum aliquando mandantis morte non extinguitur.  
 81 Infeudatio pura qua ratione iure communi permittitur.  
 82 Fiscus succedens feudatario inuestienti sub conditione an teneatur ratum factum habere si iure devolutionis eidem non successionis feudum aperitur.  
 83 Succedens baro haeres inuestitoris sub forma de qua disputatur, an ratum eius factum habere cogatur.  
 84 Inuestitura de qua agitur? utrum conditionalis, vel in diem denominetur?  
 85 Exempla quando regulam restringunt.  
 86 Dies incertus conditio appellatur in testamentis, & quid in contractibus.  
 87 Actus quilibet, vel purus, sive in diem, vel conditionalis est.

- 3.
- 88 Dies mortis in contractibus non facit conditionem, & limitatur.  
 89 Literarum humanarum peritiæ debet esse apud iureconsultos.  
 90 Dic̄io, si, an conditionem, vel tempus importet, & quid in dubio num. 91.  
 91 Incertitudo rei deduc̄e in contractibus an faciat conditionem.  
 92 Obligatio an oriatur ex similibus contractibus conditionalibus ante diem mortis.  
 93 Assensus à rege præstitus in regno non hæreditario an regis morte expiret, si contra-hentes in vita non coneraxerunt.  
 94 Rex in diminutionem sue Corone assentire non potest.  
 95 Feudo ad dominum iure confiscationis reverto quo iure illud retineat, & 96.  
 97 Donatio inter virum, & vxorem iuramento firmatur.  
 98 Euenterus posterior declarare solet incerta aciū tēpore qua declaratio retrotrahitur.  
 99 Qua actione successor non hæres in feudo ex pacto inuestito tenebitur denegans concessi feudi possessionem die mortis faudatarij adueniente illi tradere.  
 100 Feuda viuentium solus Princeps concedit.  
 101 Principi nemo dicit cur ita facis nec de eius gestis loqui possumus num. 102.  
 102 Excedentia iure regni conceduntur sicut iure communi, quia in eis nil est immutatum.

**N**ON contemnende, nec vulgaris, (ut arbitror) eruditionis est, huiusc questionis de qua in praesentia pro meis viribus accuratè differam veritatem, aut inuestigare, aut assequi, dabo tamen operam, quantumque in me erit enitar, ut vel scopum veritatis, (quod in animo est) plane ferire, vel saltem cæteris omnibus, qui hactenus de ea scripserunt, ad illam proprius accedere.

**E**x facto queritur, an inuestitura de viuentis feudo, quod morte possidentis faudatarij ad Baronem concedentem legere redire debet, usque adeo valida, & firma sit, ut tametsi post Baronis concedentis mortem dies inuestituræ veniat (pure enim fieri non potest, sed neceſſe est, ut in diem possidentis occidus conferatur) nihilominus successor Baro, nec concedentis hæres, (quia feudum sit ex pacto, & prouidentia) talem inuestituram ratam fateri omnino teneatur? & prima fronte verius videatur non teneri per iex. apertos, & vulgares in c. 1. in c. si quis inuestitus qui success. teneantur in capitulo moribus si de feu. def. milit. conir. fue. quæ iura licet laicis potestate tribuari inuestituras faciendi de feudis viuentiū eandemque Clericis præcidant, si tamen inuestitor Dominus ante possidentem faudarium vita excedat, non nisi hæres laici inuestituram obseruare tenetur, at si non hæres, sed successor est, ut quia feudum sit ex pacto, & prouidentia in quo filius non esset hæres, palam est non teneri successorem præteriti do-

4<sup>e</sup>

mini in uestituræ subscribere, ut in specie Andr. decidit in d.<sup>88</sup>  
 2 cap. I. in extremo ubi ait, nullum tunc inter laicos, & cleri-  
 cos discriminem fieri, sed idem ius in omnibus obseruari. Qua-  
 re, & Capc. decis. 121. num. 7. & eius discipulus magnus te-  
 feudista Camerarius in l. Imperialem S. præterea ducatus  
 car. 96. litera N. et seq. de prohib. feud. alien. per Feder. te-  
 tex. illos intelligunt, ut loquantur de feudo dum taxat heredi-  
 3 tario. Quinimmo ex illis Camer. euincere conatur, (Id quod  
 nonnulli in quibus nec in postremis Bal. fuit apud Affl. in  
 prælud. feud. num. 84. et seq. precise antea negabant) feu-  
 dum hereditarium ab ipsofeudali iure ortum ducere, nec esse  
 ad Andreæ, & aliorum feudistarum inuentum, (ut pleriq;  
 existimabant) referendum. Quibus adiungitur huiusmodi  
 5 in uestituram, quæ de viuentis feudo fit, quia ex ea mors ca-  
 ptatur, ac cunctus tristissimi oriri solent, non habere locum  
 nisi in supremo Principe, sicuti concessio vacaturarum in fo-  
 lo Papa, inquit Andr. in d. c. moribus si de feu. defunct. mil-  
 comr. fuer. cui Affl. ibi assentitur, & in c. 2. num. 16. de feud.  
 dato in vi. leg. com. in tit. que sint regal. in princ. num. 68.  
 & iu. decis. 292. Quibus adhærent Jo: Vinc. de Anna in  
 suo singul. 64. ubi etiam dixit Baronem non posse concedere  
 excidentias vacuras nisi iux modum d. cap. moribus, &  
 sic etiam limitat Affl. in cap. I. col. 8. vers. 62. in titul. que  
 sint reg. Idemq; Anna in alleg. 45. in fin. & Ann. filius sing.  
 6. & 9. 8. Bursat. conf. 29 & 30. lib. 1. Hieronym. Scarfur.  
 conf. 137 & 128. Menoch. conf. 1. num. 419. In rigliol.  
 de feud q. 64. centur. 1. Ant. Gamba decis. 67. latissime  
 Rodulf. Sclader. in tract. de feud. part. 3. c. 2. per totum  
 Capc. in inuestit. in verb. feudorum genera. vers. de cadu-  
 citate successionis per totum, & postremo nunquam satis lau-  
 datus Regens de Curte in suo opere feudalifol. 21. à ter. num.  
 48. & doctiss. de Ponte Regens decis. 11. num. 41. in fine ibi-  
 demque Regios Consiliarius eruditissimus Scipio Rouitus  
 num. 41. Et ante eos Octavius Bammacarius Advo-  
 catus primarius in eod. cap. moribus num. 1. & 2. qui  
 alios recenset.

Verum

Veram bis non ostantibus, (quod audacter licet) contrarium  
dicendum puto, hanc scilicet inuestituram, postquam scilicet, à  
Barone iure, ac rectè facta est eius morte minime infirmari,  
vel corrupti, sed omnino etiam quo ad succendentem Baro-  
mem, quiq[ue] in feudo ex pacto, & prouidentia heres morienti  
non existat, valere, & consistere ex illis ipsis textib. rectè ta-  
men intellectis in d. c. 1. et c. si quis inuestitus qui success. ten.  
et c. moribus si de feud defunct. milit. fuer. conir. Quibus om-  
nibus expresse deciditur posse laicos de feudis viuentium in  
diem futuræ illorum mortis inuestituras confidere ac teneri  
successores inuestitoribus non super viuentibus, illas die mor-  
tis feudatarij illucescente ratas facere, quod secus est in cleri-  
cis, cum ergo sim is in laicis casus iste nullam videtur habere  
dubitacionem, qui a ubi casus legis, ibi nulla questio, nec du-  
bitatio superest. l. ancilla C. de furt. l. illam C. de collat.

Non obstante obiecta, in quorum confutatione consistit pondus  
huiusc questionis, & primi non obstat tex. illos loqui de feu-  
do bæreditario, quia bona venia tantorum patrum Andreae  
primum qui hanc nobis sententiam prius induxit, deinde Ca-  
picij, & Camer. aliorumq[ue] qui eam sequuntur hoc prorsus  
erroneum, et falsum esse puto. Quod ut dilucide, & planè do-  
ceam, illud principio tenendum est, quod idem Camer. ead.  
repet. et loco litera B. & seq. & lit. S. & seq. ex Andrea, &  
communi feudistarum sententia scriptum reliquit, nempe feu-  
dum nunquam esse aut dici bæreditarium, nisi bæreditaria  
qualitas ipsi inuestiture ab homine adiecta fuerit, usque  
adeo quidem, ut si ab homine prætermissa, à lege autem subin-  
dicta sit nequaquam feudum censi debeat bæreditarium,  
sed ex pacto, & prouidentia, quemadmodum in dubio præsu-  
mitur, quia verbum (heres) à tute subinductum, vel expref-  
sum, non eius est virutatis, ut feudum faciat bæreditarium,  
sed tantum operatur, ut non sit personale, & tunc heres pro  
successore, non autem pro herede interpretatur. Quæ in feu-  
dis expositio, & vera, & germana, est verbi acceptatio, &  
significatio c. 1. S. & sicutius, de alien. feu. qui tex. (ca-  
villentur quantum v. l. i. sophiste) nunquam sanè vincent,

quin

22

quin propriè ad hoc unum factus sit, ut solam qualitatem hæreditariam, ex illo verbo excludi nos doceret, quan loquidem nequè ad extraneum hæredem nequè ad feminam illud referri posse, satis iam, et in prima rub. et in tit. de success. feud. expressum fuerat, quod quidem rursus admonere si non stultum fuisse, at certè superuacaneum, et alienum ad quem neque Loffred. cons. 4. col. 1. et seq. ubi de hoc latè, sed confusè nimis, et promixtè discepit, nec ullus alius quem ipse adhuc legerim aduertit in c. 1. in princ. et in §. hoc quoque de success. feud. quem tex. scribentes nostri non minus tñrè quam creberrimè de feudo ex pacto, et prouidentia loqui affirmant, et tamen quem Obert. in initio filium vocat, eundem mox in sequenti §. hoc quoque quasi vim verbi exprimens hæredem appellat, ex quo non obscurè significari intelligitur, hæredem, et filium in feudalibus esse sinonima, idemque per omnia (nisi cum verbum hæres ab homine profertur) Importantia, Quem ipsum in modum expendi quoque potest tex. in §. et quia vers. sed cum hoc iure, cum seq. §. cum verbum prima rub. in cap. 1. in princ. in §. 1. et si. de feud. Marchia in c. 1. §. si quis miles Imper. Lotar. in c. 1. de benef. fratr. in c. 1. de grad. success. et in c. 1. de inuest. quam Titius accipit à Sempronio. Quod et verum est quamvis Loffr. loco iam citato magno labore, nullo tamen ordine contrariam sententiam propugnare nitatur, sed nihil prorsus est, quod assequatur. His, et breuiter et verè positis, primùm quæro quānam aperuit Isern. et Camer. illis in tex. inuestituram feudi dominantis pro se, et hæredibus fuisse conceptam, et hanc qualitatem ab homine illi adiectam, sic, ut feendum dominans fieri potuerit hæreditarium? certè quidem totis illis iuribus de hac inuestitura, deque hoc hominis facto nulla penitus fit significatio, quomodo ergo citra manifestam diuinationem, contra l. fin. C. de contr. empt. dici poterit, feendum ibi esse hæreditarium? An fortassis propter verbum (hæres,) quod ibi exprimitur? Atqui id non probat, nequè sufficit ut feendum hæreditarium constituatur. Primo quia verbum illud non hominis inuestientis est, qua sola ratione feendum hæredita-

rium

23

rium fieri potest, sed compilatoris, et sic legis, quod pro filio,  
et successore accipitur, nequam tantum, (ut dictum est) pra-  
stat, ut feudum hereditarium efficiat. Quid autem illud,  
vel ab homine in uestiture fuerit ascriptum, id quidem facti  
est, nec aliter presumitur, quam si probetur: Secundo quia a  
licet rex. heredis meminerit nihil tamen est cur de herede in  
ipso feudo, ac non prius de herede solum in allodium intelliga-  
mus: Immo vero necessario, cogimur sic intelligere, quia  
cum verba omnia pro ratione materiae, et subiecti accipi de-  
beant l. si uno in princ. ff. loca. l. Insulam de prescript. ius  
feudorum feudum hereditarium minime nouit, sed vera est 15  
sententia illud Andreæ, et communi feudistarum Scholæ  
attribuentium, quicquid aliter Camer. scripsit, sed male  
nulla lege fretus, nullo aut necessario, aut probabili argumen-  
to nixus, quin immo errat temporibus dum Bart. et Bal. no-  
stro Iser. et ate superiores facit, qui tamen non vrodo anno-  
rum numero ambobus praestitit: Isenim sub Federico huius  
nominis secundo Cœsare in lucem editus Roberti Regis Prin-  
cipatu annos circiter 80. natus aut plus, eo ut conygio cessit  
è vita, ut ex eius libris, et veteribus tabularijs nostri, quod 16  
vulgo Archivium vocanti munimentis diligentissime col-  
legi: ac tamen si adhuc mihi eius vita incerta sint tem-  
pora, illud tamen certo constat, id quod vulgo à Paride Pu-  
reco literarum monumentis traditum, et à ceteris subsequutis  
Doctoribus receptum est Andreau Iserniensem à quodam  
Gallo lo. Reginæ temporibus fuisse interemptum, sive An-  
drea Iserniense huius qui feuda interpretatus est nepote in cl.  
lexerunt, nihil esse verius, sin autem de hoc ipso nihil à veri-  
tate magis alienum. At Bar. et Bal. longo post intervallo 17  
vigerunt, ac Bartol. quidem Joanna. Bal. vero Ladislao  
in his oris regnante obierunt. Neque vero ponderatio rex.  
cap. 1. apud quem, vel quos; quam ad suam sententiam pro- 18  
bandam Camer. facit, et in quam modum sibi placet ullam  
vim habet, quia verbum (heres) in eo rex. positum secundum  
glos. ibi, quam omnes sequuntur non qualitatem heredita-  
riam significat, sed tantum filium iux. rex. dicti cap. 1. 9. et 19  
sic licet

si clientulus de alien. feud. qui filius, quod alienationem infra-  
mare non posset non ex eo erat quod feudum illud esset heredi-  
tarium; ut falsò existimauit Camer. sed quod alienatio facta  
fuerat à primo acquirente, ut ex verbis tex. e.g. themate ibi  
proposito clare colligitur, qui primus acquirens haud dubie  
poterat descendantibus præiudicare, siue alienando, siue delin-  
quendo, siue feudum esset hereditarum, siue ex pacto Andr.  
in cap. primo col. 3. num. 10. et seq. de alien. feud. Dec. cons.  
586. in fin. non tamen Domino, qua propter merito deciditur  
(si tamen hoc ibi deciditur) descendentes alienationem resciri  
dere non posse, at Dominum posse, que, et vera, et ipsissima  
ratio est illius tex. cui non repugnat id quod obijci fortasse  
posset nempe feudum præsumi paternum vel antiquum, nisi  
probetur nouum. C. unico ad fin. de grad. success. c. i. in princ.  
si de feud. defunct. milit. contro. fuer. inter domin. e.g. agn. quia  
verū id est in illis terminis ubi scilicet contentio est inter agna-  
tū, e.g. Dominū, cui agnato intra omnis faciat, quam Patro-  
no, e.g. adhuc ubi feudum de quo est disputatio agnatus possi-  
det; itaque tex. illi loquuntur, ex omnium Doctorum senten-  
tia, Ceterum extra illos casus, e.g. cessante alia causa aui fa-  
voris, aut odij ex qua magis unum quam aliud censendum  
esset, dico feudum in dubio potius præsumi nouum quam pa-  
ternum, quia esse antiquum, maioribus scilicet concessum, est  
quid facti, e.g. facta non præsumuntur nisi probentur, vul-  
gata l. in bello. S. factae ff. de capti. e.g. post reuer. l. denique  
ex quib. caus. maior. esse autem nouum nihil habet facti quia  
iam is qui possidet possessio est, et (cum minime prædo existi-  
mandus sit.) credere necesse est ab habente potestatem fuisse in-  
usitatum, iustumque e.g. legitimum successorem esse magis pro-  
pria virtute e.g. industria quam (quod minus decorum ei esset)  
maiorum aut patris: Tum quamvis Obert. de alienatione  
aperie loqueretur; que ab ulteriori acquirente facta esset ad  
huc non obstatet quia ibi non aperitur, nec deciditur, si  
voluisset filius alienationem renouare, ut non posset, quod nec  
ibi queritur, sed tantum dubitatur si Capitaneus suum bene-  
ficium, finatorium, siue partem alienauerit, e.g. ipse vel heres

eius

probetur nouum. C. unico ad fin. de grad. success. c. i. in princ.  
si de feud. defunct. milit. contro. fuer. inter domin. e.g. agn. quia  
verū id est in illis terminis ubi scilicet contentio est inter agna-  
tū, e.g. Dominū, cui agnato intra omnis faciat, quam Patro-  
no, e.g. adhuc ubi feudum de quo est disputatio agnatus possi-  
det; itaque tex. illi loquuntur, ex omnium Doctorum senten-  
tia, Ceterum extra illos casus, e.g. cessante alia causa aui fa-  
voris, aut odij ex qua magis unum quam aliud censendum  
esset, dico feudum in dubio potius præsumi nouum quam pa-  
ternum, quia esse antiquum, maioribus scilicet concessum, est  
quid facti, e.g. facta non præsumuntur nisi probentur, vul-  
gata l. in bello. S. factae ff. de capti. e.g. post reuer. l. denique  
ex quib. caus. maior. esse autem nouum nihil habet facti quia  
iam is qui possidet possessio est, et (cum minime prædo existi-  
mandus sit.) credere necesse est ab habente potestatem fuisse in-  
usitatum, iustumque e.g. legitimum successorem esse magis pro-  
pria virtute e.g. industria quam (quod minus decorum ei esset)  
maiorum aut patris: Tum quamvis Obert. de alienatione  
aperie loqueretur; que ab ulteriori acquirente facta esset ad  
huc non obstatet quia ibi non aperitur, nec deciditur, si  
voluisset filius alienationem renouare, ut non posset, quod nec  
ibi queritur, sed tantum dubitatur si Capitaneus suum bene-  
ficium, finatorium, siue partem alienauerit, e.g. ipse vel heres

9

etius sine herede decesserit, an valeat alienatio, quantum ad dominum? Et respondet Obert, quia beneficium senioribus aperitur totum quod facit renocari debet, quare cum de hoc uno ibi queratur idque solum ibi decidatur non potest ille tex. ad aliud citari, quia lex non debet allegari, nec disponit nisi ad id, et de quo, in ea queritur, et dubitatur Dec. in l. si parter colum. 2. in l. ultima colum. 1. de instit. et substit. in cap. cum omnes lectura 2. colum. prima de constit. in cap. in praesentia colum. 4. in cap. ad nostram colum. 1. de probat. stet igitur, nil ibi statut de filio, sed tantum facti contin- gentiam exponi ut recte tradit ibi glos. 3. in vers. vel si vis intelligere.

Quo circu rum ex his liqueat tex. illum laqui de feudo ex pacto, et prouidentia, non autem de hereditario facile apparet longe aberrasse (amer. illum sibi aduocando, qui non modo sue sententiae non suffragatur, sed etiam contrarium, magnopere confirmat, ita in quo argutus videri ipse vouluit nemo non videt, quam sit arguendus: Nec rursus quemquam moueat, aut tex. in cap. 1. de eo qui sibi, et heredibus suis, aut tex. in c. 1. de duob. fratr. ac capit. inuest. quia utrobius verbum heres profertur a lege, et pro filio, 22 et successore accipitur non autem qualitatem hereditariam designat, quod etiam Bal. sensisse visus est in d. suo consil. quod legitur, inter lecturas Affl. in prelad. feud. num. 86. et seq. queratio (opinor) fuit, quare Isernia primum tex. loqui intollererit de feudo ex pacto, et prouidentia, tum in principio dum illius speciem non in herede, sed solum in filio. et successore fingit, ac ne verbum qui- dem de herede aspergit, sum apertius ad medium in vers. hoc est regulare, cui Bal. sub num. 6. sententia Iacobi Beluis recte confusat a ibi consentit quamvis Aluarot. colum. 3. et Praeposit. colum. fin. Beluis sequi videantur, sed certe cursim attingerunt, neq; digesserunt, ut queritur Salic. de his qui scri- ptarantum discurrunt, nec in eis contenta digerunt, quos me- rito filere iubet in l. si ex cautione col. vlt. C. de non num. pecu. Minus tamen sunt reprehendi quam Affl. qui dum latius

18

explicare vobis meros errores, (quod pace fax dixerim) effudit, ut perspicitur à num. 2. ad 4. Censuit enim (in quo Bal. etiam supracitato consil. numero 920 lapsus est) verbum, hæres, de quo in illo tex. inuestitura ab homine fuisse positum dum ad hominis inuestitaram, sub hæreditis commemoratione factam illum trahit, & nihilominus feudum esse ex pacto & prouidentia plane, contendit quod est aperte falsum, cum vel suo met testimonio in cap. I. num. 65. ex quibus caus. feud. amitt. ex cœbriori & receptu apud nos sententia verum sit, perpetuo feudum esse hæreditarium, ubicumque vel tenuis aliqua hæreditis, significatio ab homine in inuestitura facta est. Alterum vero tex. scilicet d. c. i. de duob. fratrib. à capit. inuestit. qui fortius stringere videtur, quod nulla circuitione vtitur, sed palam dicit illos fratres eo tenore fuisse inuestitos, ut quamdiu ipsi, vel eorum hæredes masculi viuerent feudum haberent; sicque perspicuum videatur esse, verbum hæres inuestitura ab homine fuisse positum, & consequenter feudum ibi esse hæreditarium.

Quod ego ita quoq; intelligendū esse confirmo, ut scilicet loquatur de feudo; & pacto, & prouidentia non autem de hæreditario, qm inuestitura ibi concepta fuerat pro se, & liberis, vel descendentibus masculis, & feminis, qui verus erat inuestituta & tenor de quo in c. I. §. quinetiam Episc. vel Abb. in cap. i. §. fin. de success. feud. non autem pro hæredibus quorum nulla mentio in eo facta fuerat, tantumque verbum hæres ex subauditio intellectu iuris veniebat, sed Obert. illam nobis inuestitaram referens vtitur verbo hæres, non quod ab homine expressum fuerit in inuestitura, sed quod filius, & hæres sunt sinonima, & in feudis, (vt supra demonstrauimus) idem unum quod alterum importans, quod idem alibi quoque fecit, ut perspicitur in c. I. de inuestit. quam Titius accepit à Sempronio in c. I. §. penult. si de feud. defunc. mil. contro. fuer. in c. I. de feu. non haben. propter nat. feud. Primum autem, q proposui, ut scilicet Obert. ibi de feud. ex pacto, & prouidentia solum loquatur ex postremo eiusdem tex responsō non in argute elicetur ac demonstratur.

Illiud

Itum modo ante omnia non ignoretur, verbum heres in eo loco possum finē villa dubitatione (ut iam s̄ep̄ diximus) pro successore accipi non pro herede, sensumque esse, si filia quam is qui decesserat reliquit voluerit succederē in feudo propter inuestiture legem, non domino, sed fratri feudum acquiritur, qui sensus quæque expositio verissima est ut ex his quæ mox subiectam intellegetur. Nanc quod feudum sit ex pacto & prouidentia ita ostendo; etenim si feudum ibi effet hereditarium, necessario ist illa ultima specie falendum effet filiam hereditatem quoque allodij repudiisse, quia cum, (ut est per tritum) feudum hereditarium in petitionem hereditatis veniat, glos. in l. & non tantum fit petir heredit. Andr. in cap. prim. col. 2. prope finem 27 quid sit inuestit. & alibi s̄ape, non poterat hereditas pro parte, nempe quo ad allodium, adiri; pro parte vero, mirum quo ad feudalia repudiant l. 1. de acquir. hered. Atqui cum ibi in solo feudo questio proponatur, quomodo possunt sine apertissima distinctione allodialia, de quibus fit ibi nullum verbum à nobis addi, atque admisceri? Ex. 2. 2.

Quid? quod non ibi solum, sed in omnibus illarum consuetudinum (capitulis, in quibus Obert. de feudo, deq. herede est dogmatus, quos omnes tex. paulo post citabimus, mentionem hereditatis nullam fecit, prater quam in cap. i. anaona. in c. I. S. similiter et S. si contentio de Capit. qui Cur. vend. parum nō certum argumentum est ubique cum, verbum heredes pro filio, & successore, posuisse, ac perpetuo de feudo ex pacto, & prouidentia intellectisse, de quo etiam loqui tex. d. cap. i. an agnat. recte docet nos, ibi Isernia ubi communiter feudis et accessunt, quamvis ciuitate contrarium frequentius affirment resistatur Det. confil. 445. numero 15. & Arri. Pinell. Lashan. qui ceteros citat in l. prima part. 3. nu. 82. & seq. C. de bon. maier. que sententia longius certe à veritate absit, quam omnes eius antiores à vera feudalium terminorum cognitione abscurunt: Ad hanc uniuersam patris hereditatem filiam repudiisse non modo tex. non dicitur, verum etiam longe alienum est à verisimili ut maxime

hæreditas eris alieni, magnitudine oppresa esset, quia et iam  
tum, et multis ante sæculis, quam feudales consuetudines per-  
scriptæ essent, à Iustiniano mille annis post duodecimam tab.  
legem beneficium inventarij productum fuerat quo remedio  
aduersus omnia hæreditatis incomoda facile tueri ab illisque  
vindicare se hæredes poterant, sicut causa non esset. Cur de-  
latam sibi hæreditatem unde nihil damni plurimi vero comor-  
di referre poterant, repudiarent: quod in filijs maxime et  
descendentibus vix unquam sane accideret ac ne vix quidem,  
igitur ut ad ea potius, que et frequenter, et facile, quam ad  
ea que perraro immò nunquam eueniunt iura aptentur,  
iuxta l. nam ad ea ff. de leg. omnino intelligendum est Obert.  
ibi de feud. ex pacto et prouidentia, dum taxat loqui, ut quis  
possit retenta hæreditate allodijs repudiari, nam quamvis non  
possit filius paternam hæreditatem recusare et feendum ex  
pacto et prouidentia retinere cap. primo an agnat. non tam  
men e contrario est idem qui dicit filius feendum ex pacto et  
prouidentia recusare. Tamen hæres esse patrii in allodio ut  
tenetur. Et. num. 7. Almaror. num. 9. Prapo. col. 6. in s.  
limit. Affl. num. 24 in d. cap. primo an agnat. et Jacobæ  
in Inuestit. feud. in verbo itaq. ipsi num. 3. Est enim ratio  
d. c. quod solum inductum est in gratiam et honorem patriæ  
meis iniuria afficiatur; si filius retento feundo illius hæreditat-  
tem non adiret, idque gratia filii propagatio beneficio, illi re-  
ferret, et hec est vera ratio, que Afflictum fugit loco iam ci-  
tato ubi nimirum doctus alioqui terminos vulnere coniurbauit  
quaq. solius feudi hæreditarij propria crani feudo ex parte, et  
prouidentia vel attribuit vel communicauit, qua ratione  
cessante quid queso obstat filio quo minus feendum repudiare  
possit? Non sane pactum primi acquirentis, quod quidem  
quantum ad acquirentum ipsum attinet sua morte extinguitur,  
quantum vero ad filium, et descendentes, et ceteros catenus  
ad illos pertinet, quatenus illud acceptent illoque vivent; at si nolint, nec in iusto beneficium datur, nec potest liberalitas  
nolenti queri, l. hoc iure s. non potest ff. de donat. in iusto  
dereg. iur. non obstat prouidentia concedentis, quia cum quo.

sunt

23

funt persona totidem censeantur esse donationes unicuique ad vitam factae l. 3. C. de donat. quæ sub modo, ut copiose explicat Camer. in l. Imperiale 9. præterea ducatus car. 9. 4. l. M. cum multis sequentibus de prohib. feud. alien. per Feder. quemadmodum primo acquirenti integrum fuit feudum non acquirere nec inuestiri, ita quoque par est id ipsum illius descenditibus liberum esse, quia cum filij (ut auctore est Socin. consil. 19. lib. 1. quem sequitur Camer. supracitato loco litera N.) non iure successorio, et uniuersali aut pro herede, sed proprio iure beneficio dantis in feudum quod à ceteris homines separatur ex propria donatione feudum acquirere dicantur non potest (ut iam dixi) ipsis nolentibus, et inuitis acquireti. Quod amplio non modo si filius accipientis, sed si utriusque, et dantis scilicet, et accipientis fauor et comodum in inuestitura vertetur, verum etiam si domini fauor vilitati recipientis praestet, quia licet filius sit acquirentis heres non patri, tamē in feudo est alia persona iuxta glos. in l. 2. §. fin. in verbo ex parte, non longe ab extremo ff. de prætor. stipul. tex. et ibi Bald. et alij in l. cum à matre C. de reiuend. Bart. in l. 2. §. item si in facto ff. de verb. oblig. nec eiusmodi obligatio heredes afficit, qui ab ea pœnitus sunt exclusi, solum filij ut filij ceteraque per manus descendentes in ea inclusi ex quo fit ut extremi acquirentis inuestitura ne ad interesse quidem aliquod talis filius domino ut heres teneatur, tum quia nulla heredis mentio in inuestitura, nec tacite, nec expressè facta est unde ad heredes inspectis verbis, ex quibus obligatio oritur quæque maxime inspicienda sunt porrigi non potest l. si ita stipulatus fuerit § penult. ff. de verb. oblig. Tum maxime quia quod filius, et descendentes feudum, ex pacto et prouidentia repudiare possint, est facultas quæ illis oritur ex ipsa inuestitura et contractus forma, qui taliter conceptus est ut apud quemlibet descendientium propria, et se iuncta sit donatio, cui quidem id ex iure inest, ut non possit nolenti acquiri, unde nullus interesse, aut evictioni locus esse potest ex his quæ Doct. notant in l. lutius ff. de euict. in l. damni infecti stipulatio §. 1. ff. de damn. infect. et Rom. consil. 503. in fin. Hinc illude efficitur,

ut

ut quamvis regulariter fas non sit feudatario in praedium  
Domini feendum abdicare ubi infeudatio mutuum com-  
modum, et fauorem respicit secundum Andr. in 1. rub. in  
extremo, in c. omnes filij num. 7. si de feud. def. milit. contra-  
fuer. in cap. 1. numero 24. de Capitul. qui Gur. vend. in h.

Imperialem numero 22. de prohib. feud. alien. per Feder. in  
constit. errores eorum libr. 3. Andr. Tiraq. de retract. pro-

ximi §. 34. glos. 1. num. 6. Camer. d. l. Imperialem car. 201

littera V. Tamen vel apud nos, ubi feendum est ex pacto,

e. et prouidentia temperant, id singulariter debeat in filio  
primi acquirentis, ceterisque illius descendentibus permissus,

ut si post partis vel alterius agnati mortem in feudo  
succedere atque a domino inuestiri nolint ne quisquam ad

id compelli possint quantum vis primi acquirentis in bona  
allodialibus heredes sint quantumvis etiam intersit Domini

initam inuestituram obseruari, et perennem, ac propriam  
sibi manere, quia ubi filius in feudo succedore decrebat, non

tam dicitur illud repudiare (quod quia nunquam habuit,  
fortasse repudiare quidem poterat l. 1. §. 1. ff. quib. mod. usuf.

amicit. l. si ita scriptum sit §. si sub conditione ff. de leg. 21  
et l. non videtur de reg. iur.) quam dicitur illud non ac-  
quirere, quod citra omnem fraud. ei licuit l. qui autem ff.

que in frau. cred. et l. 1. §. utrum ff. si quid in fraud.  
patron. nec interesse domini inspicietur quia non ob id filius

feendum recusat, ut Domino noceat, quod quidem non praesu-  
mitur l. fluminum, sed ut sibi profit, que utilitas non ideo re-  
morari debet quod domini dampnum, et incomodum, inde

emergat. l. 1. S. Marcellus ff. de aqua plu. arc. quod etiam se  
per consequencias contingat non attendatur §. legatarij inft.  
de testam. l. 1. ff. de auctor. sator. Dominus enim magis de-

sequeri debet quod eiusmodi inuestituram fecerit ex qua ha-  
redes feudatarij, non ligarentur, quam de feudatarij filio, et  
descendentibus, qui suo patris, quam Domini commodo stu-

duerint, idque agere quod in suam, quam in illius rem effec-  
maluerint.

At certe dicat quis contractus et obligatio claudicabit, quia

si Do-

A. Dominus inuestitur am filijs successoribusque feudatarij  
 denegare, et infeudationem infirmare voluerit, nequaquam  
 poterit sin aut heredes ipsi ab in feudatione discedere volue-  
 rint, seq. à Domino inuestiri non sinere omnino poterunt,  
 quod nimis inconueniens, & absurdum videtur, quia cum  
 dominus, & feudatarius sint corellaria, non debent ad Im-  
 paria iudicari, sed pari iure c. i. de form. fidel. c. i. §. in quib.  
 de consuet. rec. feu. c. i. qual. dom. propr. seu. priu. l. i. C. de  
 cupress. lib. II. cum vulgaribus. Respon. nihil esse, cur ab-  
 surdum, aut mirum cuiquam videatur contractum aliquem  
 claudicare, & ex uno tantum latere constare cum similis clau-  
 dicatio, & in iure nostro ciuili habeatur in l. Julianus §. si  
 quis à pupillo ff. de acti. empti. & in feudali apud Andr. in 35  
 c. i. §. de manso prope finem de controu. inuest. Tum omnis  
 culpa ipsi infeudantii attribuenda est qui id genus inuestiture  
 fecit unde hæc filijs facultas oriatur, qua illi cum utuntur,  
 nullā possunt videti iniuriam domino facere arg. l. in diem ff.  
 de aq. pluu. arcen. limito si iam semel filius elegerit in feudo  
 succedere, & inuestituram à Domino acceperit quia simul at  
 que inuestitura in eius persona vim habere coepit, & radices 36  
 agere non nisi mutua voluntate dissoluetur, non aliter ac pri-  
 mus acquirens domino inuito feudum refutare, ac promissi ser-  
 uitij iugum excutere minime posset. Quæ omnia rectè se ha-  
 bent, quamuis sciam quendam magni nominis patronum lon-  
 gè aliter aperte respondisse, à cuius ego sententia longissimè  
 absūm. Fecit tamen illius auctoritas, ut subtilius cuncta ri-  
 marer, pleniusque attingerem quām suscepæ disputationi  
 forte par eſet: Alterum vero quod assumpsi nimirum ver-  
 bum, heres, nequaquam ab homine in eo tex. expressum fuisse,  
 quamuis necessario ex his quæ hactenus diximus sequatur, ta-  
 men ex ratione quoque quæ in tex. ponitur, quaque decisio il-  
 la tota nititur rectè probatur, quia (inquit) unusquisque si- 37  
 bi suisque heredibus videtur prospexisse, sed verbum videtur,  
 tacitam voluntatem importat non expressam l. item queri-  
 tur §. qui impletō ff. locat. l. dolia ff. de contrah. empt. l. non  
 enim ff. solut. matr. & ex his tex. Aret. consil. §. primo dub.

Dec.

Dec. in cap. de quo vult Deo colum. 5. sub num. 14. ex. de  
iudic. Igitur non expressa, et nominata in heredibus proposito  
etum fuerat, sed tacite, et ex subinducto intellectu iuris ex hoc  
si pactum f. deprobatur.

Nec quod verbum illud tam ad propriam quae non nisi expressa  
esse potest, quam ad hereditis cautionem, siue perfectionem re-  
feratur, quicquam refert, quia non est in iure nouum unum  
idemque verbum, et propriè simul ponit, et impropriè glo. in  
l. 2. ff. de offic. pro consl. Andr. in c. 1. §. cum autem de contro-  
inuest. Dec. in c. 2. col. 4. num. 8. de rescript. in c. quoniam  
Abbas in princ. de off. deleg. Et sic falsum omnino est assertio  
rare verbum illud heredes ea in investitura ab homine suisse  
positum, sed verissimum est Obert. esse, id quod eo libentius est  
admittendum, quia alioquin ratio quam tex. afferit, et su-  
peruacanea redderetur, et incepta. Sit itaque hoc consti-  
tum feudum hereditarium haudquam feudali consuetu-  
dini esse ascribendum quippe quod primi Doctor nostri simu-  
latque verbum heres ab infideitoribus investitur et addicte-  
ptum fuit, usurparunt, quod omne a nobis partim quo facili-  
lius res tota perspiceretur explicandam omnino fuit accura-  
tius, partim vero quod ea tractatio non indigna mibi visa  
est, in qua huius me feudalis cognitionis studiosum exerce-  
rem, et ingenium acuerem meum. Vnde consequitur, ut  
cum tex. d.c. 1. qui successi remeatur, et castri supracitati her-  
edes appellant, (ut nunquam pro filio, et successore, sed pro  
herede, propriè, et strictè acciperetur) tamen necessario sit  
intelligendum in alladio iux. tex. cap. 1. an agnat. non au-  
tem in feudo, ut potè illo iure tali investiture formula pror-  
fus incognita, nec dum eò temporis, sed multo post à iuris in-  
terpretibus inuenta. Tertio si verum esset ex illo solo verbo  
heres, probari ibi feudum hereditarium, sequeretur quique  
ut feudo, simpliciter concessò nulla hereditis ab homine mentio-  
ne facta, in dubio secundum propriam naturam censendum  
esset feudum hereditarium, et non ex pacto, quia ratio qua-  
re hereditarium non censatur, illa traditur, quod verbum  
heres à solo iure prolatum, vel sub intellectum; accipitur pro  
filio,

filio, et successore, non autem pro herede, sed tex. isti, omnesq; serè in quibus mentio fit de herede qui viginti quinq; sunt .tex. in §. cum verò , et §. seq. in I. rub. in c. I. §. fin. qui success. ten. in c. I. §. fin. si de inuest. feu. contr. fuer. in c. I. §. rursus , et §. item si fuerit quib. mod. feud. amitt. in c. I. §. hoc quoq; de success. feud. in c. 5. qui success. ten. in c. I. §. I. ad fin. et §. si clientulus de alien. feu. in c. I. defeu. Marchiæ in c. I. §. fin. apud quem , vel quos in c. I. §. si quis miles Imper. Lothar. in c. I. quib. mod. feud. const. pt. in c. I. §. si verò , qualiter olim pot. feu. alien. in c. I. §. fin. quis dicatur com. vel mar. in c. I. de grad. success. in c. I. de inuest. quam Tit. accepit à Sempr. in c. I. de vassal. decrep. et at. in c. I. de eo qui sibi , et hered. suis in c. I. de duob. fratr. et Capit. inuest. in c. I. §. huius autem generis ex quib. caus. feud. amitt. in c. I. in prin. qua sit I. caus. benefic. amitt. in c. I. §. moribus §. pen. et fin. si de feud. def. milit. contr. fuer. in c. I. §. projecto del. Corrad. in c. I. de feud. non habent. propter naturam feud. in c. I. de eo qui fin. fec. agn. in c. 43 I. §. I. et fin. de not. feud. omnes in quam bi tex. probarent oppositum scilicet verbum heres à iure subinductum , vel expressum verum in feudo heredem importare vixquè ex omnibus illarum consuetudinum capitulis feudum ex pacto , et prouid. dari posset , quin feuda omnia de quib. ibi procul dubio essent hereditaria , ut optime probaret tex. in c. I. §. projecto deleg. Corrad. ubi Obert. inuestitur & exemplum generaliter , nobis proponens , ut si ( inquit ) habeat sibi suisq; heredibus , non debet dare , ut habeat , ipse et sui heredes masculi , et foeminae .

Quod si in eptè peruersas in eo , ut affirmes verbum heres pro vero , et proprio herede accipiendum esse , quero à te ubinam feudalis iuris feudum ex pacto , et prouidentia probari poterit , unde nam illius inuestitur & perspicuum aliquod exemplū capiemus ? Quid ? quod ipsum feudū hereditariū prorsus rectum essei non autem conditionatum , ut nos Camer. et omnes docent , quippe quod propria feudi natura esset præditum c. I. de feud. non hab. propter nat. feud. quo in tex. cum sola illa adiectio , ( et cui dederis ) efficiat , ut feudum propria feudi natura 44

D carere ,

carere censeatur, perspicue intelligitur feudum alicui, et hereditibus absq; alia adiectione simpliciterq; concessum propriam feudi naturam continere: Ad hanc autem iuris dispositionem, et significationem feuda dantes, et recipiētes presumeretur in dubio se conformare, et sic falsum esset sententia supra relata, quæ ramen communis, et vera est, et eam in omnibus, praeterquam in feudo empi sequor, verum est enim omne feudum empium esse hereditarium. Ex quibus hactenus constare puto ex verbo, heres minime probari posse, feudum in illis tex. esse hereditarium. Tum autem, (et hoc est altera principalis ratio) multò id minus ab effectu probabitur, ex eo s. quod successor laici teneatur, ut heres, quia inepta est consequētia quam Doctor. ad id probandum inde sumunt, filius (inquit,) ut heres tenetur, ergo feudum est hereditarium, quia etiā in feudo ex pacto, et prouidentia non potest filius paternam hereditatem repudiare, et nisi inuentarium cōficiat ad omnia pater na onera tenebitur, ut cumq; feudum non sit hereditarium, d. c. 1. ubi Andr. et scrib. nos. an agnat.

Quod n. in successore prælati, secus sit non ex eo id oritur qd non sit heres, sed ex alio certè manat, ut post dicam. Nec ergo est, ut illud vulgare aduersetur, qd forsan ab argutiolis obijci posset nimirū uno præsupposito, cetera omnia habilia censeri, l. qui testamēto ff. de testam. Dec. in c. cum omnes lectu. 2. Non longe à principio in c. quæ in Ecclesiārū in princ. de constit. in c. 1. col. 8. ppe fin. de iud. cōf. 6 1 o. n. 4. et sic appellādo tex. heredes eosdemq; de defuncti facto obligari affirmando velut antecedens necessarium præsupponat feudum illud hereditarium esse quia hoc, (ut dixi) nō sequitur necessario posset. n. quis in cœteris bonis feudatario heres existere, pīnde q; teneri illius facta, et pmissa omnia pīstare, et tñ feudū non esse hereditariū, nec pbat hoc esse qd ab hoc cōrigit abesse. neq; natales C. de pbat. et data in statia argumentū tollitur 1. q. 1. c. sicuti iuri. Tū id urget ubi ex alijs saltē iuribus pbari posset feudū, natura hereditariū olim fuisse cognitū, et à feudali cōfuctudine introductū id qd nusquā iuris phabitetur, quia nullus est in iure tex. in quo feudū hereditariū vocetur, aut de tali iustitiae formulæ,

mentio

mentio fiat, ergo est impossibile, ex illo solo id feudi quod tunc nullum prorsus erat significari. Postremo id ipsum hac ratione non mediocriter confirmari potest, quia adum tex. seruientis feudi inuestitura meminit id est eius quam facit dominus de feudo vacaturo nulla omnino mentio fit de herede, sed tantum dicitur si quis inuestitus, et sic nibil addendo litera, nec ultra requirendo, quam ipsa requirit ex precepto. Sce-  
nula in l. Gallus §. videndum ff. delib. et posth. negari non  
potest quin, tex. dum loquitur de hac inuestitura, propriè lo-  
quatur de inuestitura qua conuenit feudo recto, et ex pacto,  
non autem conditionato, et hereditario, quomodo ergo qua-  
drare poterit sensui, et intellectui cuiusquam bene organizati,  
et subtiliter intuentis, secundum quem iura ponderantur,  
ut verbis utar e Ant. de Butr. in c. inter corporalia colum. 5.  
de transl. Episcopor. ut inuestitions Dominus, et inuestitu-  
rae formula uti violuerit que à proprietate inuestitura discrepa-  
ret, quaque feudum seruens fieret ex pacto, et prouidentia si-  
sui feudi inuestitura concepta fuisset pro se, et heredibus, ac  
feudum dominans esset hereditarium? cum turpis sit pars  
qua suo non congruit uniuerso, et membra debent capiti  
conuenire c. vlt. de sponsat. duor. c. quo iure & distinct. in c. I.  
col. 3. in princip. de controu. inuest. c. I. col. 2. de contr. inter  
mascul. et famili. de benefic. Loffred. in consil. I. num. 55.  
quin verisimilius omnino est, dominantis feud. inuestituram  
talem per omnia fuisse, quallem Obert. seruientis feudi inuesti-  
turam esse nobis indicat, recti scilicet et ex pacto, non autem  
conditionati, et hereditarij, et sic cum tex. de herede men-  
tionem facit, quamuis pro herede ipso, non autem profilio, et  
successore accipereetur, tamen ut iam dixi intelligendum est, et  
exponendum in allodio, non (ut vulgo male sentiunt) in feudo  
ex quibus aperie, et (ut puto) verissime concluso, tex. illos 48  
proprie loqui de feudo ex pacto, et prouidentia non autem de  
hereditario valdeq; illos aberrasse, dico, qui contrarium docue-  
runt, et scripserunt quantumvis licet excelluerint, et summi  
viri, maximaque fuerint, auctoritatis, qui tamen et ho-  
mines fuerint, et ut humani falli potuerint ex quo illud 49

Platonis admodum scitum est; non auctoritate dicensis, aut multitudinis, sed ratione iā quod rectum est iudicandum oportet;; Ceterum non ut nos omni nos contentionem extricauimus, qui iā adiuc cultus laboris superest. Obstat enim sortitus, quod licet veram sit, ut est verissimum tex. illos loqui de feudo ex parte, attamen loqui videntur eo casu, quo filius est bēres iā allodio, quia in illis passim, & ubique dicitur bēres laici, & bēredes laici, quod verbum ut non probat feudum hereditarium, prouere tamen videtur succedentem bēredem, itaque si ex facto coartat filium, vel agnatūm bēredem non esse velut deficiente illa qualitate, & finali peristasi, illorum tex. consequens est ipsam quoque dispositionem cessare, & deficere, proinde non teneri successorem non bēredem talem investituram ratam facere, sed hoc casu, quod in clero est, & in laico id quoque probari, cum nulla diuersitatibz inter unum, et alterum adferri possit, si Andr. creditus qui ita aperie decidit in d. c. sc. in extremo qui successerit. cuius sententiam feudisti omnes probant, non tam ratione aliqua, quam ipsi afferant, quam sola Ifernī plusquam Pitagorica apud nostros homines auctoritate, sed ut sunt errores, facile alijs ex alijs necuntur, ac unus in alium precipitat, ut que semel male posantur initius, sic quoquā cetera peiora sequuntur, usque adeo in omni genere doctrinae pericolosissimus est error in principijs.

Dico igitur hunc intellectum, atque hoc illatum, quod ex sententia quam proxime confitauimus descendit magis erroneum, & absurdius esse quam primum. Neque enim illi verbulo magis, quam spiritui, & menti, tex. inberendum erat, ut precipit iure cons. in l. scire leges ff. deleg. in l. & in omnibus de reg. iur. Hinc illorum crassities, qui praeceps litera innitantur, non habita ratione equitatis, & verisimilis menis tanquam supersticio Iudaica improbatur ab Acur. in l. damni in fecti p. s. si is qui incipias in verbo aliquos ff. de damn. inf. & merito quia non oportet ius ciuale calumniari, neque verba eius captare, sed qua mente, quid dicatur animaduertere ait Paul. in l. pen. ff. ad exhibet erga in l. 2. 3.

tractas

tractari ad Tertul. in l. 1. de reg. Caton. Quis praecepit  
dum D.D. hic vel casu, vel consilio non recordantur, videre  
est, unius verbi controversonam ipsis, vel doctissimis, et in iure  
riuali familiam ducentibus, non parui erroris ansam pra-  
busse, eodemque tandem torsisse, et vexasse, quæ controversona  
conquerere solum Greculos homines contentionis capidores,  
quam veritatis consuevit? Quid? nonne præstat interdum  
verba ipsa legem prorsus negligere, quam illorum gratia, quic  
quam iniquum, vel ineptum effundere? non enim tex. legum  
trahendi, sunt ad sophisticam eo pretextum ne (ut ex præscri-  
pto Magico) verbum ullum sine novo effectu operandi, non  
hac mente scripsit Epiphanus quamquam scientissimus elegan-  
ter ait glos. in l. 1. §. 1. num. 1. ff. de verb. oblig. nec dum  
enius Obert. ad tam magnum, tanque nobilem iureconsul-  
tum sic enim eum appellat Herenn. in l. 11. §. fin. (et nobilis-  
simum Modestinus in l. 4. in fin. ff. de excus. tut.

Quare nos omni superstitione, et contentione deposita, sensum-  
que potius ac mentem legum, quam verborum corticem, et  
manem formulam, quo ad eius fieri poterit amplectentes, ut  
Bal. esse illo tex. faciendum præcipit in l. 3. §. si quis quasi  
statu liber ff. de condit. caus. dat. et in simili Pompon. in l.  
sed Celsus §. si fundus ff. de contrah. empl. constanter dicimus  
verbum illud h. cres, ut simpliciter, et absolute heredem, in 52  
patrimonio designaret, quod an verum sit post intellige-  
tur, non tamen eam vim habere neque eo consilio ab Obert.  
esse positum; ut in eo finalis ratio, ac tota illa epitalis consti-  
tuatur, cum et ex contextu, et ex hypothesi illorum iuxta  
aperte liqueat decisionem illam non in eo fundari, quod suc-  
cedens in feudo inuestienti heres existat, aut omnino non exi-  
stat, ut prius causa sedens tentatur, altero non, sed soli va- 53  
liditati, et inualiditati actus innituntur, ut in Laico, quia  
actus, et inuestitura simul ac ab eo facta est, valeat c. si quis  
inuestienti def. dat. in vim leg. comm. c. moribus in primo  
respon. si de feud. def. mil. contro. fuerit Affl. decis. 292. Cagnol.  
in l. fin. num. 133: (de pact. Iacob. de S. Geor. in inuestitu-  
re ex erro in uscovi talon. 12. propterea cuius successor  
illam



illam perficere, et explore feudatario vita functo, et sic dic adueniente teneatur. In Prælato vero, quia inuestitura, non dum feudo sibi aperto decedente iam tum ab ea irrita, nullius roboris, et momenti est, ut probat idem tex. qui cauillari nequit in dicto c. moribus ibi, secus est Ecclesiasticis personis, nam si Ecclesiastica persona, talem faciat inuestituram non aliter valebit, nisi sibi, non etiam successori suo feudum aperiatur, quod et Bal. affirmat in d. i. c. num. 4. 6. et d. e. si quis inuestitus sub num. 2. vers. 3. nota. cui consentit, idque planius explicat Aluarot. in d. c. 1. col. 2. vers. not. ex isto tex. casum, et Præposi. col. 2. in 4. not. qui successione, propterea successor in beneficio illam exequi die mortis feudatarij veniente non cogatur.

Itaque ex tex. d. c. moribus intelligendus, supplendusque tex. est in c. I. de cler. qui inuest. feu. ibi sed si sub tempore, vel conditione, quoque feud. sibi aperiatur valebit inuestitura, et sine voluntate vassalli, et c. Id est valebit, si sibi non etiam successori suo feudum aperiatur, sic ut ante unius conditionis implementum irrita, et nulla sit iux. tex. d. c. moribus non tam omnino propter implementi spem quam habet si quo ad concedens viuit, et non ultra conditionem purificari contineret, ut de contractu feudalium ex Andr. et alijs scriptum reliquit Camer. in l. Imperiale car. 87. litera M. et seq. et car. 89. litera R. et seq. de prob. feud. alie. per Feder. quam interpretationem, per se iustum, ratio quoque tollenda repugnante plurimum adiuuat c. inter dilectos §. ceterum de fid. inscr. alioquin tex. isti apertam antinomiam continerent, nullique non cognitum est par esse atque adeo oportere, iura iuribus conciliare unamque legem ex alia supplere, et declarare l. quasitum ff. de testib. Ratio autem viriusque dicti evidens est. Primi quidam, quia non debet, quod ritus, et secundum leges ab initio actum est, morte vel alio eventu infirmari, et corrupti. l. 1. §. fin. et l. 2. ff. de itin. actuq. priu. l. Sanctimus C. de admin. tutor. Secundi vero, quia quod nullum est, nullum producit effectum, et quod ab initio non constitit, non possit tractu temporis conualescere l. quod ab initio ff. de regim.

I. i. §. fin. ff. commod. & quamuis regula hæc in prælati inuestitura de qua loquimur propria quadam ratione perpetua non sit, ut post Bal. (declarat Aluarot loco iam citato,) ac hæres, multoquè minus successor ex actu defuncti, & inualitatis, & solam, & finalem esse illorum tex. decidendi rationem probo primo, quia aut dicimus, laicum inuestituram de viuentis feudo in diem possidentis obitus posse conficere, & bunc, tamessi post inuestitoris mortem dies veniat à iure sustineri, & consistere, aut contra si valet, & consistit, non ne ridiculum est arbitrari, propterea successorem in feudo illam ratam, facere teneri, quod concedentis sit hæres, in alodio? quando (quod est verissimum) omnia quæ in feudo legitime contracta sunt, quæque in vita feudatarij non terminantur, sed à iure ultra vitæ metas proferuntur, transcant cum ipso feudo, illudque comitentur, in quemcumque transeant siue is hæres morientis, domini siue dumtaxat successor sit, prorsus cessante regula l. lex vectigalis ff. de pignor. c. rursus quib. 55 mod. feud. amitt. & similiū cui regula locus non est ubi actus, sit permisso, aut legis, quemadmodum hic est, de quo tractamus, aut hominis qui quantum ad hoc legi equiparatur Bal. in l. i. C. si pig. dat. sit quem Ang. & Salyc. ibi, & Negus in trac. pign. 3. memb. 2. par. num. 13. sequuntur.

Porrò decisionem illam Bal. minimè vidit Camer. dum in d. l. Imperiale car. 7. litera F. & seq. negat posse argumentum sumi à consensu hominis ad consilium legis, aut contra, propterea quod lex, consentit propter unum homo autem consentit propter duo, ut ipse ibi explicat, sed (ut cumque sibi blandiatur) utrumque magis est Sophisticum quam verum. Primum enim non posse scilicet de uno consensu ad alterum argumentari satis refutatur ex l. Sancimus C. de reb. alien. non alienand. ex l. fin. C. de fidei us. ex Andr. in cap. i. colum. 3. prope medium. Qui success. ten. in c. i. §. de manso col. 1. in extremo de controu. inuest. in consti. violentias colum. 3. in princ. Nec tamen me fallit non esse hoc perpetuum, vi ex eod. Andr. intelligitur in proem. const. col. 5. & seq. in c. i. sub nu. 3. de feud. dat. in vim leg. com. sed satis est hoc esse regulare. nequè

nequè nos loqui in casibus exceptis. Alterum verò, nimirum legem consentire propicr unum, hominē vero propter duo, ab est longissime à vero, quippe cum assentiendo non plenius homo prouidet, quam lex, sed ambo aequa, ac præterquam, quod Camer. eam differentiam lege non probat, potest tamen illa in numeris exemplis, improbari, ex quibus duo interim proposuisse contentus ero exemplo Iuliam in l. si ita vulneratus §. p. ff. ad l. aquil. unum ex iure ciuili, alterum ex feudalibus consuetudinibus depromptum, ecce enim bona restitutioni subiecta, et fideicommisso obligata, quæ non poterant alienari permisit, lex ut vel in causam dotis alienari possint auth. res quæ c. comm. deleg. vel pro redemptione hæredis nulla sua culpa ab hostibus vel prædonibus capti, Dec. in c. qui in Ecclesiarum col. fin. ad med. vers. 7. casus de const. et tamen quid tantopere ridendum esset, quam contendere, vel opinari alienationem in altero illorum casuum contractam minus perpetuam minusquè firmam esse, quam si ab ipso testatore facultas alienandi data esset?

Rursus, (et hoc est alterum exemplum) feudales consuetudines

Regnique Constitutiones omnem alienationem feudi interdixerunt eadem tamen feudalium bonorum, quæ subinfeudari consuela sunt concessionem, et ipsius quoque feudi pignoracionem in aliquibus casibus permiserunt, de quibus Andr. in c. 1. §. quid ergo de inuest. de re. ali. fac. in const. si quis post litem, et in const. in aliquibus, sed quis nam quæso affirmaret unquam pignus in altero ex illis casibus contractum ad concedentis, vel pignorantis dum taxat vitam coartari, post verò illorum mortem expirare cum verissimum sit concessionem quidem perpetuo manere c. 1. de cler. qui inuest. fec. d. const. diuæ memor. §. fin. Camer. d. l. Imperiale car. 7. litera P. vers. aut, et secundo, et car. 72. lit. 1. vers. concludamus pignus verò usquè adeo creditori satisfiat siue feudum sit hæreparium, siue ex pacto secundum Andr. in d. const. si quis post litem, et const. in aliquibus col. 7. in princ. ex quibus facile cognosci potest, quod ubicumque lex actum gerere permisit, actus ille ex legis potestate celebratus, aequè est perpetuus atque

atque si hominis permisus ac voluntate factus esset nisi mani-  
 feste constet legem aut hominem arctare illum voluisse ultra  
 procedendo, idque nominatim disponendo, ut in l. peto §. prae-  
 dium ff. de leg. 2. in c. 1. §. si si de iure est. seu. comit. sit inter dom.  
 et agn. in c. 1. §. rursus quib. mod. feud. amitt. in c. 1. §. si vero  
 qualiter olim poter. feud. alien. qui feudales sex plurimum ne-  
 gotij exhibuerunt 1 serm. in d. c. col. 3. qui success. ten. Caimer.  
 loco iam citato; sed certe ita accepti, et in hac ratione consti-  
 tuti, et fundati, per quam facile excludi poterant, et vero ni-  
 hilo obstant. Coeterum legis aut hominis voluntas in dubio li-  
 mitata non presumitur, quin valeat actus, quo fortius, et  
 magis, valere potest, l. Iuris gentium §. quod ferè ff. de pac. et  
 quin indefinitus potius, quam terminatus l. 1. §. et generaliter  
 ff. deleg. praestan. et perpetuus magis sit, quam temporarius  
 l. sufficit ff. de cond. indeb. Dec. cons. 204. in fin. cons. 472.  
 num. 21. Glos. Paris. tit. 2. §. 57. num. 21. Tiraq. de retract.  
 conuent. §. 1. glos. unica num. 39. Capic. decis. 116. Dices tu,  
 nil ergo assensus hominis supra assensum legis operabitur.  
 Respondeo, aut actus qui fit, penitus à lege est prohibitus, et  
 cum actus sit nullus, nihil prorsus efficit voluntas hominis l.  
 non dubium c. deleg. Aut verò (quod exempli vim habere vo-  
 lo) actus alienationis (ut in feudo) est prohibitus, sed lex ho- 59  
 minis consensu accidente illum faciunt, et tunc hominis vo-  
 luntas totum facit, cum ipse sit qui dare videatur l. lege obue-  
 nire ff. de verb. signif. rectè autem dixi videatur, quia verè,  
 et regulariter qui confirmat, non dat glos. in l. et quia ff. de  
 iurisd. omn. iud. 1 ser. in const. cū circa non procul à fine vers.  
 licet. n. lib. 1. ac simpliciter assentiendo illa rōe sibi pīudiciū oīo  
 insert (q hic dico oīo intellige, et tēpera) quia voluntas sua  
 non presumitur arcta, et sibi non prospexit cum potuerit,  
 quare in omnē caussam assensisse vñ que ex contractu, cui co-  
 sensus suus est, adhibitus, descendit arg. l. si seruū §. nunc videa-  
 mus in fi. ff. de verb. obli. l. si quis pro eo §. si nūmos ff. de fidei us.  
 quia assensus regulatur à contractu, et recipit oēs qualita-  
 tes, conditiones, extensiones, et limitationes quas recipit, et 60  
 continet contractus, ita quidem, ut assensus ab actu, non

actus ab assensu, reguletur ait Camer. in l. Imperiali car.  
 25. litera F. de prohib. feu. alien. per Fed. cui sententia, suf-  
 fragatur quod per manus traditur de iuramento, ut intelli-  
 gatur pro natura actus super quo adiicitur totumque ab illo  
 pendeat, et reguletur tex. in l. fin. C. de non num. pec. Dec-  
 cons. 240. ad fin. 493. et 600. Atque in contractu emptionis  
 inter cetera, et illud est, ut is qui emit, sibi suisque heredibus  
 videatur acquirere, siue ad expressim agat, siue tacite ex l. si  
 pactum ff. de probat. Igitur assensus quoque domini, qui totus  
 a contractu moderatur, et illi recumbit in hoc ipso contra-  
 ctum scienter approbare, et emptoris heredibus prospicere vi-  
 detur, et consequenter dominus, vel tacite suum ius remit-  
 tere nisi excipiat, vel emptorem certe decipere nisi obseruet,  
 unde vel ipso iure, vel doli exceptione a vendicatione feudi ex-  
 cluderetur, et hec est vera brevis, et lucida ratio, illius qua-  
 stionis quam Andr. excitat, et supra quam necesse sit illius  
 tractationem longius producio in d. c. i. col. 3: 4. et 5. qui succ-  
 tuncant. Aut denique actus pure simpliciter que est permisus,  
 et tunc nullo hominis assensu ad illius firmitatem diuini-  
 tatemque opus est, quippe qui simulatque initus, et factus  
 est vim suam habet: Quod si hominis consensus ad cautelam,  
 rursum dicitur illi accedit iuxta notata per L. in l. si quos  
 C. de decur. lib. x. talis consensus non ampliabit actum, sed  
 plus roboris adiunget actui, arctioraque, et efficaciorum  
 illum reddet, quemadmodum stipulatio in contractu, et in  
 stipulatione iuramentum, et Imo: Paul. et Alex. not. in l. mi-  
 les S. decem ff. de re iud. in l. Stipulatio ff. de usur. Dec. in c. i.  
 col. 17. in prin. ver. 3. et ultima extra de iud. Etenim quod ait  
 Camer. non presumi legem 3. praecidicium inferre velle, ver-  
 rum id quidem est, sed nostra huic sententie non aduersatur,  
 nec enim cuiquam lex officere videtur se legem feudo statuit q.  
 quisque seruet ad cuius normam, et preceptum, tum dampnum, in  
 accipientis feuda suam voluntate accommodare (nisi in infu-  
 datione aperte quid excipiunt) censetur, idque solum intelligit  
 et hoc est quod dicitur, verba civili modo esse acquirenda in l. si  
 cui ff. de seruit. teste And in d. c. i. col. 4. non procul a prima  
 qui

qui success. tenean. Quod si lex prohibando nulli nocere dicitur, ac illius prohibitio durat in infinitum, nulla, ratio est cur, permittendo cuiquam nocere dici possit, eiusque permissionem minus stabilem, et pertinacem esse, quam sit prohibitio. Quae cum ita sint, vehementer me vereri faciunt, an verum sit, quod Iser. scriptum reliquit, in c. i. §. sed et res sub nu. 3 per quos fiat inuest. et fortasse si id in ratione subtilius pendatur, et ad diligentiam legum reuocetur, longe verius est in feudationem sincere bona fide, et sine fraude factam etiam in feudo ex pacto, et prouidentia, et in præiudicium non hereditis agnati ratam esse, quam (ut Andr. censuit) in vita dum taxat concedentis firmam, post illius mortem irritari, quia actus est legitimus, et à iure permisus neq; ad infeudantis vitam limitatus, et proinde perpetuus, nec fraus, aut iniuria fit successori, cui id omne restituitur quod lex, et homo alienari, aut quoquomodo in alium transferri voluerunt hactenus scilicet quatenus ei superest, quod alteri posse concedi statuerunt cum enim, et alienandi feudi prohibitio, illiusq; vel filio, vel proximiori agnato restituendi obligatio, et potestas eiusdem sincere, et bona fide partem sub infeudandi eodem feudalis legis, et consuetudinis fonte deriventur iniquum est, nec oportet Agnato succedenti hoc indulgere, ex parte quatenus feudum alienare, prohibet, ac restitutiōni possidentem obligat legem collaudare, ex parte quatenus subinfeudandi potestatem tribuit, tanquam de iniqua queri, in illo constantem, et perpetuam legem esse velle, in hoc vero volubilem, et temporalem. Cum itaque actus legitimus, qui scilicet legis permisus, et voluntate fit non minus ratus atque firmus sit, et in infinito stabilis, quam is qui hominis assensu factus est, ac inuestitura de qua non discepimus sit huiusmodi. Quorū nā, quidue (quæso) deseruit heredem quoq; successorē esse. Immo (si verū amamus) prorsum impertinens et extraneū est. Aut vero dicimus talem inuestiturā non valere, et tunc quia actus nullus est ne heres quidē illo obligatur, quia heres non astringitur actum defundi nullū et invalidum, et in vita non adsolutum confirmare

E 2 author.

28

author. Ifern. in l. Imperiadem col. 7. in 1. add. de prohib.  
feud. alien. per Feder. iure. I. col. pen. prope num. 9. qual.  
olim pot. feud. alien. Bar. in l. lutius ff. sol. matri. Bah. in l.  
I. col. 3. post principium ex. de inoff. donat. Loffred. cons.  
10. num. 24. Et ceteri coaceruati ab Arrio. Pinell. Lusi-  
tano in l. I. par. 3. sub num. 84. limit. 10. C. de bon. mater.  
ad quod ego tex. afferro rotundum in d. cap. si quis inuestitua  
qui facceff. ten. quo decidetur inuestituram da uiuentis fe-  
do etiam à laico parte factam non vadere protinde ne haeres  
dem ex illa obligari. Igitur sola actus validitas, et in validi-  
tas spectatur non autem num successor haeres sit an secus.

**Ad quod ipsum in altodialibus,** et sic in fortioribus expendo tecum  
non cauitando, neque corripendo; in l. si ego s. sed et res-  
ff. de iur. dot. ubi quia donatio illa sub conditione facta fue-  
rat, et consequenter in vita donatoris non perfecta, neque  
absoluta, ne haeres quidem ex illa obligatur quamvis ibi con-  
trarium, quod benignius est, praecipuo favore dotis statuatur.  
Dixerit aliquis hoc ipsum iura illa decidunt, ut quamvis re-  
gulariter inuestitura morte inuestientis terminetur, finia-  
tur, atque annulletur, si tamen successor in feudo, inuestien-  
ti haeres existat, obstringatur quidem illam confirmare.  
Respond. leges statuta, et consuetudines, ad bonum, et  
equum esse reuocandas, itaque interpretandas etiam si opus  
sit verba, earum dispositua restringendo, vel improprian-  
do, ut non contineant aliquid iniquum, vel absurdum l. sci-  
re oportet s. aliud ff. de excus. tut. l. nam absurdum ff. de  
bon. liber. quia iura ciutli modo interpretanda sunt l. si cui  
ff. deseruit. Et taliter eorum dicta temperanda, ut non pos-  
sint à sapiente reprehendi, inquit Iulian. in l. Saluius ff. deleg.  
præstan. Sed quid quæso absurdius, quid iniquus, aut iniu-  
stius quam teneri heredem ex facto defuncti nullo, et inua-  
lido, præsertim in exorbitantibus, et odiosis, et eiusmodi est  
inuestitura, qua et mors ceptatur contra l. fin. C. de pact.  
quæque, (ut Andr. ait d. c. moribus) tristissimos euentus  
afferre solet? cum alioquin regulariter, vel in favorabilibus  
si actus nullus sit non obligetur, profecto nulla recta ratio  
afferri

66

67

68

afferri potest quare statui hoc iniqui iuris debuisset. Quod si unum iniquissime statuitur, nimirum ut contra bonos mores, valeat de viuentis feudo facta inuestitura, quod merito damnat, ac improbum esse existimat Julianus in l. 2. §. interdum ff. de vulg. & pupill. Et Vlpian. in l. 1. §. sim-puberi in extremo, ff. de colla. bon. debet id quidem satis esse neque insuper eiusmodi intellectum nos appingere, quo aliud iniquius addatur quin iniquitates, & absurditates non sunt multiplicandæ, sed secundæ, ut per glos. vlt. in c. propterea extra de verb. sign. Io. And. in add. Specul. de instrum. ædit. §. 16. vers. fecerit. Quod si rursus dicatur actum, & inuestituram valere, & consistere, sed non nisi hæredem ex illa obligari. Resp. Satis superque hanc obiectionem refutatam, à nobis esse supra nunc vero etiam hoc addimus, non posse hunc intellectum illis tex. vlla ratione congruere, nec adaptari, quin ita intelligendo, tum ridicula, & omnis rationis expers illorum dispositio redderetur, tum quatenus hæredem obligari præciperen nullam haberent dubitationem contral. labo ff. de suppell. leg.

**Q**uis enim nisi prorsus stupidus, & imperitus dubitaret, quin hæres ex actu defuncti valido ligetur. Probo secundo nam si successor hac ratione teneretur, præteriti domini inuestitram confirmare, quia illius in allodio est hæres, sequeretur utique, ut facta inuestitura à Prælato, eodemque paulo post, feudo non dum aperto vita functo, siex facto contingenteret, (ut plerumque euenit) eundem, & successorem in prælatura, & de mortui in patrimonio, hæredem esse, siue ex testamento, siue ab intestato, puta quia illius frater aut nepos sit, teneri quidem factam ab illo inuestitram die mortis feudatarij adueniente ratam facere, que sententia multum aliena est à veritate, igitur teneri successorem, aut non teneri, non ex eo descendit, quod mortui, inuestioris sit hæres, vel non hæres, sed ex eo, quia actus vel validus, vel nullas est. Porro quemadmodum eo casu, quo irrita est inuestitura non distinguitur, utrum successor hæres sit an secus, sed prorsus ac indistinctè non tenetur, ita ex contrario ubi valida est, & consistit

sistit ne tunc quidem distinguendum est, sed ex illa omnino, et  
 indistincte obligatur ex vulgata reg. contrariorum l. inter  
 stipulantem s. sacram ff. de verb. oblig. l. fin. ff. de leg. 3. l. et  
 contra ff. de vulg. et pupill. Probo id ipsum tertio, quia dubi-  
 tandi ratio in illis tex. non ex hoc oriebatur si successor inue-  
 stienti heres existeret, vel si feudum esset hereditarium, aut  
 ex pacto, sed ex l. fin. C. de pact. Sanc*ta* questionis erat virum  
 sicuti iure feudorum infeudatio sincere et bona fide omni  
 casu fieri poterat, tam in feudis hereditariis, quam ex pacto,  
 ut probat tex. in c. I. s. sed et res per quos fiat inuest. ibi feu-  
 dum tamen cuilibet dare potest, nisi fiat in fraudem nostrae  
 consuetudinis, et in c. I. s. si vero ibi quod et ipsum sincere  
 bodie et sine fraude licet ei facere, qual. olim pot. feud. alien.  
 que infeudatio etiam domino inuestiente mortuo non expira-  
 bat, nec fas erat successori, illam firmare parato feudatario  
 illi seruire. Andr. in c. I. s. de manso sub num. 15. de con-  
 trouers. inuest. c. I. col. 12. num. 2. quib. mod. feud. amict.  
 c. I. coh. 2. sub nu. 2. vers. sed tum quando qual. olim seu. pot.  
 alien. c. I. Sub num. 33. que sit prima causa benef. amict. c.  
 I. s. præterea in addi. de cap. Corrad. An inquam ita quoq;  
 fieri posset de feudo viuentis obstante reg. d. l. fin. et respon-  
 det Obert. ampliando illam ex iure communii infeudandi po-  
 testatem etiam in viuentis feudo, sub distingue tamen inter  
 prælatum, et laicum de qua in tex. et sic præcipiuus horum  
 textuum veluti scopus est an valeat, vel non valeat inuesti-  
 tura, quo ad inuestientem dumtaxat, et inuestitura propter  
 dispositionem d. l. fin. in quo uno, et questio formatur, et  
 decisio questionis vertitur, non autem quoad succendentem do-  
 mino in feudo, quia quantum ad illum habemus dispositionem  
 aliorum textuum (in quibus hoc omne relinquitur) deciden-  
 tium inuestituram à Domino factam morte non extingui,  
 sed etiam successorem sequi, modo (ut iam dixi) sincere et  
 bona fide facta sit, et feudatarius seruire non deneget, quod  
 hic non negatur, sed per alia iura presupponitur quorum  
 iurium dispositio generaliter quidem in hoc tex. locum sibi  
 vindicat, ita ut omnes illorum qualitates in hoc translate,

atque

atque trans fusæ esse censeatur lex enim vel statutum addens  
 alteri, recipit omnes qualitates eius cui addit Doc. in c. pru-  
 dentiam §. 1. in princ. de off. deleg. quemadmodum lex  
 interpretans locum in omnibus casibus in quibus locum sibi  
 vindicat lex interpretata Andr. in c. I. col. 3. ad med. vers.  
 unde interpretans de contro. inuest. in const. violentias col.  
 fin. ad fin. verb. videtur veritas in const. cum circa col. 2.  
 circa fin. et in const. quam plurimum col. 1. ad med. Arct.  
 cons. 14. col. 2. ad fin. consil. 59. col. fin. ad finem.

Igitur sicuti ante hunc tex. omnino licebat inuestituram sincera  
 et bona fide facere, nec morte concedentis expirabat, siue  
 successor inuestienti exiitisset heredes siue non ubi scilicet de  
 feudo infundatio fieri possit. constantius, est defendendum il-  
 tam morte infundantis non extingui siue successor illius heres  
 fit, siue non sit, facit tex. et ibi glos. in vers. per partem in  
 rap. Abbe sanè de reiud. lib. 6. et quod ex eo tradit Capyc.  
 decis. 121. num. 12. et seq. Quamvis autem hic solus casus  
 quo succendens est heres exprimatur, non tamen casus ex-  
 cluditur quo secus esset, tum quia nulla ratio afferri potest,  
 quamobrem non idem sit in uno quod in altero ex his que  
 late supra differuimus, tum etiam quia fit hic heredis men-  
 tio non quidem conditionaliter, vel taxatiuè sed gratia  
 maioris fræquentis, et crebrioris usus propter tex d.c. 1. an  
 agnatus unde non excluditur, quin idem quoquè sit, etiam si  
 non sit heres iuxta glos. in auth. cassa c. de sacro. Eccles. Dec.  
 consil. 70. col. 2. in fin. Curti. cons. 11. col. pen. Tiraq. de re-  
 tract. proxi. §. 2. glos. 1. num. 19. §. 20. glos. unica num. 4.  
 nisi malimus dicere, et forte verus verbum illud heres, pro 71  
 filio, et successore ibi accipi quam expositionem in feudalibus  
 perpetuam et veram esse satis est à nobis suprademonstra-  
 tum, pro qua etiam expendo tex. d.c. 1. si quis inuestitus ibi et  
 hoc intelligendum est in vasallis, qui feudi successionem non  
 habent, et sic non dixit heredem, sed successorem ex quo etiam  
 non insubtiliter dici possa puto. Obiectum illo potius verbo,  
 quam alio ad solam differentiam Prelati esse verum, ut signi-  
 ficaret, quantum in layco heres à successore differt tantum  
 dem

dem Prelati successorem à successore laici differre, ita ut unus successor laici, si ad Clerici successorem conferas heres nō immixtio appellari potest.

72 Idque ex eo facile est intelligere quod Prelatus nihil prorsus in successorem transfert, quia electione fit, non successione c. ad decorem de instit. At laicus ut cumque in feudo quis proprius est ab soluto sit successor, transfert in illum sanguinem cuius causa feudum ad eum deuenit, licet etiam hereditaria qualitas non transferatur eius sanguinis, ergo pro successore Clerici in quem nihil transfertur successor laici etiam hæres rectè dici possit quamvis nō me fugiat hoc ipsum verbum hæres aliquando Obert. etiam in Prelato usurpare, ut perspiciatur in c. I. in extremo de Alien. feud.

Ex his falsa redditur decidendi ratio, quam glos. et Andr. ad hunc tex. afferunt ut s. Prelatus successor, idcirco non teneatur, præteriti Prelati de viuentis feudo factam inuestituram obseruare, quia Prelatus non hæres, focus in laicis, nisi eo casu quo pariter laicus non esset hæres, ut in feudo ex pacto, et prouid. in quo idem in laicis affirmant, quod in clericis, sed certè aliter hoc se habet, quia hanc rationem nusquam illa hora respexerunt, nec (Citra maximas absurditates de qnibus latè supra) respexisse potuerunt, sed de una actus validitate, et inualiditate (ut hactenus diximus) cogitarunt. Quæ est finalis, illorum capitulorum ratio cui maxime innituntur, et fundantur.

73 Quæ cum ita sint consequens erit dicere fas esse Prelato, antequam feudum ei aperiatur factam inuestituram infirmare, quam (quia iure non consistit, et est irrita) potest is idem, qui illam concessit reuocare l. I. C. de liber. caus. l. quemadmodum C. de agric. et consil. l. post mortem ff. de Adepr. Andr. in c. I. sub nu. 13. qui success. ten. quod in laico, eiusquæ siue herede siue successore contraria ratione secus est ut vere in eo opinantur Andr. et seq. Affl. nu. 24 et ceteri at in Prelato falso. Ratio autem cur tam varie inter laicum, et Prelatuum statuatur, ut Prelati inuestitura non valdat, nec ad successorem transeat laicum certe, omnino duplex est. Primita quidem

quidem quod huiuscmodi in uestitura propter votum capti-  
 dae mortis, quod inducit, longe detestabilior est in prælatis  
 quam in laicis, unde ius canonicum, sollicitudinem de vi-  
 uentis beneficio acrius prohibet, vehementer usq; execratur,  
 quam ciuile toto titulo, de concess. præben. cum alijs Iuris  
 Pontificij locis multis quos colligit, et pulchre tractat Franc.  
 Duare. in elegati illo libello de Sacris Ecclesiæ ministerijs et  
 benef. lib. 6. c. 1. Quare sicut viui, superstitione hominis be-  
 neficij collatio prohibetur, eiusque promissio interdicta, et ab  
 initio funditus nulla est, quamvis in tempus quo mortuus  
 fuerit beneficiarius conferatur c. 2. c. relatum et c. exten-  
 re ex. de concess. præben. pari ratione et feudi collatio, eius  
 qui adhuc viuit, nulla erit quamvis in tempus possidentis oc-  
 casus conferatur, quia de uno ad alterum argumentum su-  
 mittur auctore Gomes. in Regula de annali possessio. nec sa-  
 ne quicquam cause erat propter quod si in laico receptum  
 esset, ut huiusmodi uestitura consistet, et vim haberte,  
 id ipsum quoque in ecclesiasticis, quos maior iustitia, equitas  
 et religio decet reciperetur, ad quod tex. in d. c. 2. de præben.  
 et en. c. 3. sed diuersum de alien. feud. Quid est ergo, queret  
 aliquis, quod in Prælati uestitura hisce moribus intro-  
 ductum sit? Respondes hoc inquam, ut quamvis ipso iure ta-  
 lis uestitura non consistat, possit tamen tractu temporis  
 ex iure ipsi Prælato superueniente confirmari, contra l. quod  
 initio ff. de reg. iur. cum vulgar. licet hoc non tam temporis  
 cursu, quam ex ipsis Prælati voluntate fieri rectè existim a-  
 rint. Bald. Aluarott. et Præpos. in d. c. 1. qui success. ten.  
 Quo magis id quod paulo ante scripsimus posse prælatū ante  
 quam iusei superueniat pœnitere, et uestitutam infirma-  
 re, verum redditur atque confirmatur. Ratio autem diffe-  
 rentiae, quam inter prohibitionem concessionis præbendæ, et  
 feudi vacaturi Andr. afferit in d. c. 1. col. 5. in fin. qui success.  
 ten. levissima certè est, ne dicam falsam. Quia non freqnen-  
 tia petitionum, ut Andr. putat, in causa fuit, ut præbendæ  
 viuentis hominis collatio prohiberetur, sed qualitas conces-  
 sionis, quia de re viuentis, propter votum captandæ mor-  
 tis, quod inducit ut expresse dicitur in dicto c. 2. de Præb. que

potissima, et finalis ratio, aequa in illis viget, atque in feudis,  
vnde idem ius, quanquam enim frequentia petitionum in  
præbendis causam prebuerit prohibitioni, tamen causa illa  
solum est impulsu anō finalis, unde licet in feudis cesset, quia  
tamen stat finalis, non ideo cessat, sed viget dispositio l. I. §. se-  
cundo loco, et ibi glos. in ver. causam ff. de postulan. Andr. in  
const. defensas col. 2. in princ. Dec. in c. postulasti in 4. notab.  
de rescr. in c. cum cessante in princ. de appell. tex. in l. si non  
lex Elia sentia ff. de hærod. instit. Petr. de Anchæ. in conf.  
2. in fine. Altera vero est ratio, quia (ut recte tradit Bal. in  
d. c. si quis inuestitus sub num. 2. ver. 3. noto et d. c. I. nu. 3.  
qui success. tener.) in sola administratione consistit, ut qui re-  
rum Ecclesiæ non dominus sed administrator, et procurator  
fit c. 2. de donat. Dec. in c. edoceri in princ. 3. notab. de rescr.  
in c. significasti col. 4. nu. 9. de elect. Dominii, autem est penes  
Ecclesiam l. I. ubemus s. scientes, et s. si quando et l. fin. de Sac-  
oros. Eccles. I. serm. in c. I. S. multior in c. 2. in l. in prima ad-  
dit. de capit. Corrad. At qui laicus est tecus Dominus, et ha-  
bitus virile dominium plenum, et absolutum tanti effectus, et  
virtutis ut preferatur dominio directo contra Andr. in c. I.  
circa princ. de feu. dat. in vi. leg. dom. in cap. si quis per  
30. col. I. ad med. si de feu. defunct. mil. contr. fuer. in c. I.  
ad med. de coniou. inter masc. et fem. de benef. in l. Impe-  
rialem s. insuper ad fin. de prohib. feud. alien. per Feder. in  
const. instrumentorum robur col. fin. circa princ. et in const.  
in locis demanij in fin. lib. 3. nimicum ergo si prelati inue-  
stitura eius morte annihiletur extinguitur, et resoluatur  
laici vero etiam post mortem valeat, consistat, et seruetur,  
quod et Bal. apertissime placuit in d. c. I. nu. 3. qui success.  
ten. iuxta q. est, id q. Andr. scribit in const. mulier quæ dota-  
riū, vers. sed nūquid locationes, et presentationes lib. 3. His  
non aduersatur regula c. I. de success. feu. c. Titius si de feu.  
fuer. contr. c. I. S. sedet res per quos si. inuest. quibus præcipi-  
tur nō teneri successorem factū defuncti prestare in omni feu-  
do recto nō hæritario, et in laicis, quia id procedit in facto  
nullo, et in ualido, sine ut significantius loquar non permisso.

quo conditio feudi fit deterior, non autem in legitimo valido  
 atque permisso q̄ potius sit consueta, ac utilis gestionis, quam  
 damnoſe, eſq̄ non necessaria alienationis, quodq; feudi condi-  
 tionem haud mutet, sed illud in ſuo ſtatu, eſq̄ qualitate con-  
 feruetur c. i. S. ē contrario de inuest. de re alien. fac. ad q̄ con-  
 firmandum multa proferre poſſem, ſed ne longius abeam, non  
 ne ipſa infeudatio feudi iam conſtituta, eſq̄ concedi ſoliti eſt  
 perpetua, eſq̄ infinite durat etiam feudo dño deuoluto, prorsus  
 tenuante regula legis l. uctigatis rurſus, eſq̄ ſimilium hac  
 una ratione quod à iure probata, eſq̄ permifſa eſt, propriea  
 q̄ non tam alienationis, quam ſimplis consueta, eſq̄ debite  
 administrationis actus fit, eſq̄ vera, eſq̄ concordi omnium  
 ſententia de qua Camer. d. l. Imperiale car. 7. littera F cum  
 multis ſequent. Igitur eſq̄ hæc quoq; de viuentis feudo facta in-  
 feudatio, quia à iure ſit idem permifſa, eſq̄ his iux. introducta  
 eſt, tametsi prius concedens, quād confeſſo feudi poſſeffor. ab  
 hominibus eripiatur perperuo valdebit ipsos que in feudo fu-  
 ceſſores ſiue hæredes, ſiue meri ſuccoſſores infeudatoris ſint,  
 planè ſequetur. Porro quod modo diſimtas huiusmodi in-  
 uenſituruam, eſq̄ confeſſionem eſſe actum id quidem haud te-  
 mere ſcripſimus, quia debet Baro ſi minus rigore iuris, at  
 certe equitate ſubſeuda ſibi deuotata, eſq̄ aperta poſtius alteri  
 ad conſuetum foruitij, eſq̄ fidelitas uniuersi concurare, et extra  
 manū ſuam ponere quam ſibi retinere, eſq̄ menſe adiungere,  
 ut egregie in Imperatore ſcripſit Bal. in c. i. S. ſi vero in  
 extremo qualiter feu. alien. poſt cui recte aſſentitur Anton.  
 Corſet. in tract. de excell. et potef. reg. quæſt. 78. eſq̄ male ab  
 eo Aſſl. num. 7. ibi diſenſit, ſalutem ut dixi. equitate iuris  
 amore, eſq̄ gratia vassalorum, quos quidem Domini in  
 filiorum loco habere debent, affectione paterna illorum com- 78  
 modis proſpicientes inquit Sandiſ. Imper. in l. ſi quis filium  
 C. de inoff. testam. corumque commoda, vel priuate ſuæ  
 uilitati anteferre, idem ait in l. unica ſ. pen. C. de cada.  
 toll. eſq̄ cum illis ex bono, eſq̄ aequo, ac benigno agere, ſecundum 79  
 Bal. confil. 429. quidam nobilis libr. I. non autem stri-  
 tho iure, eſq̄ ut in iuris iuſſos, ut Pauli verbis utar in l. ſe

id quod s. si quas ff. de iur. dot. quales bis nostris temporibus sunt complures, qui subiectos sibi homines hostilem in modum vexant iniquissimis iudicijs irretiunt, et persequuntur omnemq; adhibent curam, operam, et diligentiam, ut viam inueniant quo iure, quoque iniuria expilcent illos, tanta auditate, ac siti, ut illorum, vel sanguinem (ni Christianissimi nostri Principis potest aspiceret) facile exorbere velle videantur.

**Dicet aliquis mala est argumentatio ab infederatione, de qua Doctores illi loquuntur ad hanc, de qua nos in presentia ira etamus, in illa actus per omnia absolvemus, et perfectus presupponitur, nec quicquam tam concedenti domino, quam recipienti feudatario agendum restat nam et Dominus pure inuestiuit, quem de fendo quod iam sibi apertum apud se crato et feudatarius pure recepit, ac illius dominium est consequitus, nec quicquam moriente Domino agendum superest, quo non infederatio vndeque absoluendi possit in hac autem contra nam si Dominus possidenti feudatario non superuinatur actus vix inchoatus, ac ne inchoatus quidem dici potest tamen abest, ut perfectus sit. Primum enim concedens nondum concessa rei dominium adeptus est deinde sub conditione futura mortis feudatarij concessum feudum possidentis inuestitura ab eo facta est, et conditio (ut peritum est) nil ponit in esse. Igitur quantum ad dominum ne cedimus quidem actus dici potest, nec sane minus quantum ad recipientem feudarium non etiam tantundem est dicendum quippe qui neque dominium, neque possessionem antequam tenens feudum vivente domino inter homines esse desierit sit consecutus, sed solam illam speculam ipsam casibus, et conditionibus expositam, quare minus recta et erronea esse videtur omnis que bis in infederationibus ultra citro quæducitur argumentatio.**

**Respond. satis abundeq; esse hunc actum, atque hanc investitam formam à iure introductam, agnitam et approbatā, eodemq; iure de concedentis præmorientia (ut ita dicamus) fuisse cogitatum, ad hoc ut sit perpetua, et usque duret exemplo mandati, quod licet regulariter morte extinguatur, tamen**

mensa de mandantis morte cogitetur, et post illam conferatur, morte non resoluitur, sed etiam post illam durat, tex. in l. si vero §. idem Marcellus ff. mandat. Dec. in c. relatum col. fin. de off. deleg. sicut enim lex puram infeudationem ad inuenit, quae non quia actus purus, et perfectus est, sed quia administrationis, et legitimus morte infeudantis non expirat. ita quoque eadem lex hanc conditionalem infeudationem (sitamen conditionalis est, quod ego prorsus nego, ut paucis, sed dilucide mox demonstrabo) introduxit, quam, et quia actus est item legitimus et infeudo iam constituto, et concedi solito, non alienationis sed simplicis consuetate, et quandoque debite, et necessariae administrationis, neque a iure ipsius infeudantis, vitia circumscriptus eadem ratione conuenit, morte infeudantis non extingui tametsi conditionalis et non perfecta esset, et quia etiam ita lex scripta est ait Vulp. in l. prospexit ff. qui et a quib. facit tex. in l. usufructus in fin. ff. de stip. seruor.

Vulterius etiam declarando hoc. ibi secundum paragium, addo Bald. consil. 386. 4. lib. ubi in terminis huius constitutionis consuluit stante statuto, quod filie debent maritari de paragio, paritas si intelligenda actenta conditione persone, quantitate patrimonij, & numero filiorum, & non quantum pater dederit alijs, sed quantum ipso dictat, ponderanda erit inspiciendo precipue conditionem persone, & eleganter etiam scribit Curt. Jun. in dict. auth. res que num. 1 q. C. comm. deleg.

28 Et aduerte quod dos, que debetur filie exclusa à statuto, retinetur ab ea conditione ex illo statuto, Soc. consil. 150. vol. 1. col. 7. & quando possit potere supplementum dotis, vide Dec. cōf. 25. & Curt. in d. consil. 39.

An autem reliquo masculo Pupillo, & filia maiore tutrice, possit ipsa filia sibi soluere dotem, vel paragium Bal. in l. cum ipse f. de contrah. empt.

Quid autem si frater dotauit sororem, & stipulatus est dotem sibi reddi, si deceperit sine liberis, & illa instituit suum virum heredem, quis preferatur? Lucas de Penna in l.

59

in l. prima C. de impon- lucr. descrip. pen. col. & fin. nota.  
bilater distinguuit, confert etiam, quod Bal. cum sua apostil.  
decidit in l. fin. col. 2. vers. sed pone quod statutum dicat C.  
de dot. promiss. ubi notabiliter dixit, quod si ex forma statuti  
filia dotata excluditur, si pater filiam dotauerit, nec fuerit  
dotem stipulatus ipsi filiae, sed sibi, & suis heredibus, tenen-  
tur heredes prædictam stipulationem remittere mulieri D.  
de Franchis decis. 57. primo vol.

An dicatur filia competenter dotata; & secundum paragium  
si attento tempore matrimonii dos erat congrua, sed inspe- 30  
cto tempore mortis patris dotantis; erat incongrua, &  
quod tempus spectandum sit, ut dos dicatur congrua, Dec.  
not. in consil. 276. & Luc. de Penn. in leg. fin. C. quando,  
& quib. quarta pars debeatur libr. 10. & in leg. his C. de  
præd. nauicul. & Ias. in auth. nouissima C. de inoff. te-  
stam. fuit tamen decisum in Sac. Consil. quod attendatur  
tempus matrimonij, & ita reperi postea dixisse Bald. &  
Paul. de Castr. in auth. res quæ C. comm. deleg. ad quod vi-  
de Gram. d. 60.

Et circa materiam huius Constitutionis addo etiam quid si est  
institutus à patre alius quam successurus ab intestato, Dec.  
consil. 296.

Quod in alladio valet nō in feudis absq; Regis assensu c. 1. de suc-  
cessio feudi c. 1. & 2. si de feudo defuncti militis contr. feu.

Et an intelligatur renniciatum iuri obuenienti ex persona  
matris, vel patris transiuntis ad secunda vota Dec. consil. 31  
206.

Adde insuper, quod ista constitutio procedit etiam si filia nolit  
nubere, sed ingredi in monasterium, quia debet dotari. Ita  
Bal. in l. fin. col. 2. vers. sed pone C. de dot. promiss. ubi etiā 32  
quod nolit nubere, nec religionem intrare? & Iser. hic col. 8.  
post princip. in vers. quid si frater vult dare, & Bal. in præ-  
all. l. fin. C. de dot. promiss.

Declarando tex. ibi secundum paragium quantum sit para-  
gium, Andr. hic colum. penul. & Affl. decisi. 160. &  
quod sit ut es alienum Affl. deci. 161. et Regens de Ponte te-

ne declarat quantum sit hoc paragium conf. 63. num. 2. 3.  
33     & 8. & 12. & 15. & conf. 79. num. 10. & num. 4. &  
conf. 45. num. 6. Lanar. conf. 70. num. 4. Minad. conf. 2.  
num. 5. & in repet. huius constit. primo notab. num. 21.  
Fab. de Ann. conf. 6. numer. x. & conf. 75. num. 8. Ann.  
pater. in alleg. 70. de Franch. dec. 87. numer. 12. & 44.  
& num. 3. & num. primi, et dec. 6 & 8. num. 2. Petrus de  
Gregorio in tracta. de paragio q. 32. & 33.

34 Et an agitur pro paragio contra tertios possessores, Affl. d. 162.  
Dec. conf. 276. & conf. 26. & conf. 503. plura ad mate-  
riam quando filia dotata excludatur, & quid si non habuit  
integralm paragium, & quid si renunciauit, & alia plura  
notabilia, vide per Iser, & Affl. in cap. primo de natur. succ.  
feud.

35     Et in terminis huius constitutionis. quod sufficie filiae esse lega-  
tam dotem, licet non fuerit acta donaria Paul. de Castr. conf.  
322. vol. primo, ubi multum insistit an legatum pro dote di-  
catur propriedos, ut gaudeat priuilegio doris, & ibi etiam  
consuluit, quod legatum factum filiabus pro dote, est condi-  
tionale si residunt, ideoque mortua ante nuprias legitimè  
contractas ad suos heredes non transmietunt, nec enim re-  
sicitur onus, veluti de legitima, quando ex forma statuti ex-  
cludebantur ab intestato, prout extantibus masculis, filia se-  
mina non succedat iux. istam constitutionem, & per Paul.  
de Castr. d. conf. 322, vol. 1. ad quod vide Vinc. de Franch.  
dec. 618. num. 2. & propriea dixit Barr. in l. Titio centi-

36     9. Titio generoff. de cond. & demonstr. quod pater, qui reli-  
quit filia tercenta pro se maritanda, non potest illam graua-  
re de restituendo si sine liberis decesserit, quatenus contingit  
debitum bonorum subsidium, seu legitimam ipsi filie compe-  
tentem, quatenus vero excederet, bene potest grauare. Et  
si pater instituit filium, filiae autem reliquit mille pro dote,  
in quibus ipsam heredem instituit, dictamque quantitatem  
filiam habere voluit tempore nupiarum, vel cum invae-  
rit monasterium, si nubere voluerit nihilominus filia dicta  
quantitatem statim petere possit, & statim ipsi filie dicta  
quan-

quantitas solui debet non expectato, quod nuperit, vel monasterium intrauerit, ex quo ista portio pro dote, vel de debita filiabus per istam constitutionem succedit loco legitime portionis, seu bonorum subsidij, et per omnia vices legitime substinet, cui non potest adjici conditionis dilatio, siue moralis quoniam in prioribus C. de inoff. test. et ibi Alber. col. 2. et in l. qui negotiatione S. pupillo ff. de administr. tut. ubi et dicit quod ex predictis patet, quod si ista filia decebat, talem, portionem tanquam puram transmittit ad heredes suos, non autem remanebit penes filium, seu alium heredem tanquam conditionalis, ut quidam dicebant per tex. in l. unica S. sin autem aliquid sub conditione C. de caduc. tollend. ita probat tex. in l. pen. C. quando dies leg. ced. et in d. l. qui negotiatione Alber. dixit, quod ista constitutio procedit solum ab intestato, non autem ex testamento, et sicutenit dominus de Franch. in d. 618. num. 2. et subdit Alber. loc. præalleg. 37 quod ista filia forte debet institui, alias testamentum esset nullum per auth. nouissima C. de inoff. testam. et istam questionem dicit habuisse in facto, et ita obtinum fuisse, nisi in testamento causula Codicillaris adfuisse per quam dicebatur filia rogata restituere quartarum retencta. qui etiam subdit ibidem, quod in casu predicto quando pater instituit filium, et filiae reliquit septingenta pro dote, vel si nubere noluerit cum intrauerit monasterium, quo casu conclusum est, quod portio filiae quatenus contingit legitimam, statim peti potest, non expectatis nuptijs, vel ingressu monasterij, si uterque, et filius, et filia eundem tutorem habeat, qui tutor noluerit eligere viam predictam, statim petendo dictam quantitatem relictam, separando etiam portionem filiae a portione filij, et eam senori dando, vel aliter collocando pro utilitate filiae, et exinde eam alere, sed velit puellam alere de bonis filij heredis, et tempore nuptiarum habere integrum summam eidem puellae relictam, non imputatis alimentis, certe dicit ibi Alber. quod dictus Tutor potest etiam secundam viam eligere, quia cum frater dotare teneatur, donec dotem praestet, tenetur interim sororem alere de suo, nec potest sibi imputare

46

putare in reliqua dote, eis qui filia in fidei  
populi. educar. debet. ut Bar. expressè videtur. etiam  
etiam Ann. in alleg. 70. num. 17. videtur.

Tertius etiam Alber. in terminis huius constitutionis. si decesse

38 pater, relictis filia, eis filia, eis postea iste filius unde quam  
maritus est sororem decesse relictam filia, an dicta filia possit do-  
stanto amitam excludere illam, sicut poterat pater etus, iux.  
istam constitutionem, Alber. in Lex pluribus ff. de adminis-  
tr. tutor. arguit, quod potest amitam excludere, quia cum  
filia si haeres universalis patris sui, in omne eius insufficit  
ut l. heredeff. de reg. iur. ita quod sufficit semel peruenisse he-  
reditatem ad casum, quo amita debeat esse dote contenta,  
arg. leg. cuius bonis ff. de cura. fur. dan. eis l. si quis hac vers.  
iudicium ff. de oper. libert. eis pro ista parte videtur tex. in l.  
si minoris ff. de administr. tut. Contrarium tamen decidit  
Alber. quod immo amita veniat equaliter ad successionem,  
quia licet frater fuerit habuerit priuilegium succendentia info-  
lendum exhortata, tamen istud priuilegium non transiuit ad  
eius filiam, quia erat priuilegium personale fratris propter  
dignitatem sessus masculini, eis pro amita etiam contra filia  
facit, quia aliqua conceduntur masculis, que non feminis.  
l. in multis ff. de statu homin. eis in l. prima si de adult. eis  
quia cessat causa excludendi amitam, eis quia constitutio ista  
voluit successionem remanere masculis, eis pondera, quod Al-  
ber. loquitur, quando frater decesse, relictam filiam feminam  
qua pretendebat excludere. Amitam quasi innuat, sicut  
esse si decefferit, relichto filio masculo, quia tunc excluderet  
Amitam, tamen Arno. caut. 76. in terminis huius consti-  
tutionis indistinctè tenet, nepotem non excludere amitam,  
eis adducit alia iura, eis rationes, tamen eius conclusio vide-  
tur aperte contra tex. huius constitutionis, et contrarium  
etiam videtur consuluisse Aret. cons. 159. viso punto, vers.  
circa secundum, ubi tenet, quod sufficit, quod tempore mor-  
tis patris, masculus supersit, eis adierit hereditatem patris,  
licet postea masculus moriatur sine filiis, eis ratio est, quia  
tractatur non de hereditate primi morientis, sed filij, in  
cuius

eius patrimonium transiuit hereditas paterna; quietiam  
subdit hoc procedere adhuc si filius non adiisset hereditatem,  
quia nihilominus ex quo transmittit eam ad suos heredes, ip-  
si possent adire, & excludere amitam.

**E**x quibus etiam poterit colligi secundum Aret. quod istud ius,  
seu beneficium dotandi de paragio, iux. istam constitutionem  
transmittitur, quod est maximi momenti, concluditur etiam 39  
ex predictis secundum Aret. d. cons. 158. contra preceden-  
tem conclusionem, Alber. in d. l. ex pluribus ff. de admin. tut.  
**E**& Arnon. in d. caut. 76. quod imo in terminis huius con-  
stitutionis, patre mortuo, qui reliquit filium, & filiam, & ante-  
quam frater sororem dotaret, decepsit, relictam filia, amita non  
succedat tanquam heres cum nepte, sed debet dotari, & sola  
neptis succedet, exclusa amita, ratio est, quia ex morte pa-  
tris iam acquisitum fuit ius filio, & illud transmisit filiae sua,  
**E**sic in hoc representat personam patris sui, & sufficit semel  
ius fuisse quiescitum. & ita reperio tenuisse eundem Alberic.  
in l. Publio C. ad leg. Iul. de adult. & ita de facto dicit obti-  
nuisse.

**S**ed si filius premortuus fuisset ante patrem relicita filia, tunc ve-  
ra esset prima opinio, quam tenuit idem Alber. in supra al-  
legata l. ex pluribus ff. de admin. tut. & Arn. in d. caut. 26.  
quod neptis non potest excludere amitam, quam conclusionem  
comprobare poteris, ex dictis Aret. in supra alleg. cons. 159.  
**E**latius in cons. 161. vers. sed forsitan dicet aliquis & eos.  
143. & in proprijs terminis huius Constitutionis satis eleganter,  
idem tenet Fulgos. cons. 8. Dominus Petr. Long. col. 2.  
circa medium vers. nam, & cum filie, licet contrarium forte  
colligi possit, quod immo neptis non possit excludere amitam  
ut ibi per Fulgos. & alibi in cons. 3. Religiosus vir in fin.

**I**n super est aduertandum; quod ista constitutio ligat Iudeos ha-  
bitantes in loco, ubi obseruatur Io: de Ananya in cap. Iudei 40  
el 2. in ult. col. vers. sex quibus da Iudeis, quem latius refert,  
& sequitur Paul. Pic. in l. Titia 8. Titia cum nubet et col.  
5-3. 20. questione.

**S**ubinde ad dictis illud notandum, quod in casu huius con-  
stitutionis

41.

stitutionis onus alimentandi non spectat ad matrem forte  
tutricem filiarum, neq; ad ipsas filias, sed ad fratres, ut tra-  
dit Bar. in l. qui filium ff. ubi pupill. educ. deb. et ibi Alber.  
et Alex. ad Bar. in l. Nescennius in pen. Apostill. ff. de  
neg gest.

42.

Et stanto hoc statuto, quod filia dotata fratribus masculis non  
succedat Patri, an ista facultas dotandi transcat ad ha-  
eredem masculi, et excludatur semina, vide Ias. in l. cum mor-  
ta num. 24. C. de transact. et in terminis huius constituti-  
tionis considerat tres casus, aliquando enim statutum pure  
loquitur hoc modo, existentibus masculis, semina non succe-  
dat patri, sed dotari debet, et tunc dotandi facultas tran-  
sit ad haeredem masculi. Aliquando statutum loquitur con-  
ditionaliter si mulier dotata fuit a patre, vel a fratribus, et  
tunc facultas dotandi non transit ad haeredes; Aliquando  
et tertio, verba statuti sunt dubia, quia possunt stare condi-  
tionaliter, vel modaliter, puta si statutum dicat, quod filia  
dotata non succedat patri, et tunc videtur concludere, quod  
facultas dotandi non transit ad haeredes.

43.

Et ibidem determinat Ias. quod si filius masculus antequam  
dotet sorores, moriatur, relictia filia, bene poterit filia offerre  
dotem amissae, et ipsam excludere, allegat Paul. de Castri  
conf. 109: super primo dubio, et video Bal. in l. si plures co-  
ante penul. vers. iuxta prædicta C. de cond. insert, et ibi in  
causa statuti, quod filia dotata a patre non succedat, conclu-  
dit, quod si filius deceperit, relicita posthum a in utero, qui  
cam dotare non potuit, vel relicita filia infante, vel furiosa,  
fratres, qui sunt haeredes universales non possunt dotandi  
illam excludere, sequitur Alex. conf. 130. vol. 2. et Ias.  
in d. leg. cum mora col. 6: vers. aliquando, et tertio, C. de  
transact.

Et in terminis huius constitutionis adde, quod filia, que non  
admetitur ad successionem facit partem filio succedenti in le-  
gitima, et computatur in numero Bal. conf. 490. statuto  
cauetur vol. 4. et conf. 498. lib. 1. ubi plene, et Cuman.  
conf. 45. in fine, ubi in terminis huius Constitutionis quata  
fit

fit legitima, et de hoc plenè per Bart. in l. Pater filium num.

20. et 21. ff. ac in off. teste.

Accidit in Sac. Cons. quæstio notabilis, et noua, utrum in liquidatione paragij debiti 3. genitæ super statu amatricionis addohe deducatur, vel illud spectet simpliciter ad primo genitum, et liquidatio paragij fieri debeat iuxta valorem feudi 43. nulla habita consideratione dicti oneris addohe debite Regia Curia Discauso articulo exactissime in duabus aulis votatibus octo Consiliarijs cum Preside fuerunt in paritate votorum, et addita tertia aula fuit decisum per tertio genitum onus addohe non minuere paragium in causa Donne Isabelle Vitelle cum Beatrice Vitella de Ferrarijs Actuarrio, fuit decisio noua, et synodal die 9. Maij 1607. pœnes Secretarium in hoc articulo votavit Dominus Carolus Tapia Iureconsultus celeberrimus meritisimus Regens in Supremo Italico Cons. ubi residet quoque dominus Don Bernardinus de Montalvo olim collega meus eruditissimus, et integrerrimus nunc Regens in eodem supremo Italico Consilio.

Addetiam dictis, quod si Pater simpliciter legat filie centum in testamento, intelligitur legare pro dote, et excluditur à statuto, ita voluit Jacobus de Sancto Georg. intag. quid autem ff. de iure dot. Quod puto intelligi si filie essent nubilis etatis, alias secus, ut ibi notatur per Alexand. in apost. ad Bart. et Angel. in tractat. de testament. glos. 4. et quod in Regno femina proximior excludit masculum remotorem dixit Guglielmus Pern. consil. 19. versc. nouissime considero.

Et an stante hoc statuto filia femina equaliter debeat succedere cum fratribus in cimphytheusim quam pater acceperat ab ecclesia pro se, et filijs, quod sicut tenet Bald. in auth. si quas ruinas 44. vol. 3. in fine verbi ex hoc queritur C. de Sacr. Sanct. eccl. contrarium tenet Bart. in l. rot. iur. iurandi. si liberi de oper. liber. et conf. 40. et 60. et Imol. in c. potuit de loco. et Bart. in l. heredes mei. cum ita, et ibi Angel. ad Trebell. et bac opin. est magis communis.

K

Et nota,

66

Et nota, quod si habeat locum hæc constitutio, duo copulatiū  
nè requiruntur ad excludendam sororem à successione fra-  
tris, quod scilicet sit soror dotata, et quod dotata suc-  
rit de bonis, et substantia eius, de cuius successione agitur,  
Luc. de Penn. in l. fin. in verb. præmissorum c. quando, et  
quib. quar. pars deb.

45 Addo, quod hæc constitutio procedit etiā in hereditate materna  
de Franch. d. 667. et 171. Afflct. decis. 178. num. 5. et  
46 etiam procedit, si filius sit religiosus, ut ibi, sed non pro-  
cedit condito testamento.

47 Hæc constitutio excludit Clericos à feudis, sed an intelligi possit  
etiam respectu honorum burgensaticorum, vide Minad.  
in hac constitutione in verb. filiorum num. 22. et ibidem  
quod constitutio laicorum quantumcumque favorabilis,  
non includat clericos ex defectu potestatis, et an hæc consti-  
tutio, dum loquitur de filiis, extendatur ad nepotes, et quod  
48 constitutio ista habeat locum tam in bonis feudalibus, quam  
in aliis patribus ibidem, et an habeat locum in sorore, que  
se maritauit, ibidem in num. 20.

49 Et circa exclusionem Clericorum à feudis, ac etiam à vita  
et militia, vide, que longiori stylo scriptis Octavius Bam-  
bacarius in cap. qui clericus num. 73. 179. 75. 77. 147.  
numen. 109. et sequentibus. ubi etiam loquitur de mil-  
itibus Hierosolimitanis an succedat in feudis, et an clericus  
dimittens habitum mortuo patre statim officiatur in feudo  
successibilis numer. 81. et an clericus effectus in fraudem  
agitorum succedat in feudum; vide ibi questione 12. nu-  
mer. 211. et an clericus 2. genitus effectus laicus ex dispensatio-  
ne Summi Pontificis excludat 3. genitum à feudo nu. 149.  
et viram clericus sit rapax feudi concepsi pro heredibus qui-  
buscumque ibidem num. 129. sed quid de militibus Sandri  
Jacobi de spadu Calatrava, et Alcantare au in feudis, et  
majoribus sint successibiles, dico, quod sic, quia magistri  
reputantur, quam clerici, ibidem numero 20. et 21. fol.  
37. et 38. et 39. et 40. et 41. et 42. et 43. et 44. et 45. et 46.

Sed an postquam sunt Clerici in feudo insuccessibiles  
debeat

Debeat *vita militiae* 2. *genitis Clericis*, vel *Prælatis*, 50  
*et Cardinalibus* quæ *vita militia pars feudi esse dicitur?*  
*Praef. de Franch.* in *decis. 20.* *decisum esse testatur de-* 51  
*baxi vitæ militiæ, ne dum Clericis secundo genitis, sed etiam*  
*primo genitis, qui per assumptionem Clericatus successioni-*  
*bus feudorum renuntiauerunt. Idque ante eum dicit fuis-*  
*se decisum Paris de Puteo de reintegritat. feudar. cap. 4.*  
*incip. nunc videndum numer. 31. ubi articulum istum*  
*ad partes disputat, et Minad. in repet. huius constitutio-*  
*nis, dicit sic tempore suo hic fuisse pro Clericis iudicatum*  
*in rubrica in versic. filiorum numer. 7. et ante eos Afflict.*  
*in constitutione Comitibus 3. not. quest. 3. numer. 6. Pe-*  
*trus de Gregor. in tractat. de dot. et parag. quest. 4.*  
*numer. 6. Capyc. decis. 211. 10. Ant. de Nigr. ad c. Regn.*  
*alienat. num. 16.*

*Addetiam, quod hæc constitutio Regni in aliquibus procedit*  
*ab intestato, et est correctoria iuris communis Regens de Pont.*  
*conf. 65. num. primo, et num. 13. et 14. et declaratur in*  
*conf. 19. num. 22.*

*Addetiam, quod hæc constitutio, quæ includit feminas in suc-* 52  
*cessione feudorum, non extantibus masculis, illis extan-*  
*tibus statuit deberi paragium tam in filiabus, quam in nep-*  
*tibus ut per l. Andr. de Georg. Regium Conscriptum in*  
*alleg. 9. num. 11. et num. 14. Non tamen mulier trans-*  
*mittit paragium antequam nubat, ut in alleg. 9. num. 2.*  
*Quæ constitutio iubet maritari respiciendo frequentiam*  
*actus cum alioquin paragium debeatur etiam maritate, et*  
*dotate, ab alio, quam à Patre, vel fratre, ut in ead. allega-*  
*tione 11. nume. 11. nec constitutio predicta voluit modifi-*  
*care, aut minuere legitimam per dotem de paragio, ut ibi nu-*  
*13. num. 15. et nu. 18.*

*Ac dum excludit feminas, non porrigitur ad neptem ex filie*  
*Regens de Ponte in suo tract. de potest. Proreg. numer. 4 E.*  
*fol. 488.*

*Et quod hæc constitutio procedit etiam quando femina vult*  
*succedere in feudo plano, et de tabula secundū V incentiū de*

Franch. d. 7. num. 1. Et ne dum in successione patris, sed matris, ut per eundem in d. 171. num. primo, et quid in successione fratriis ibidem nu. 2.

Ad argumentum illius decis. Domini de Franchis quod mulieres in regno succedant in feudis planis, et de tabula dico eandem opinionem tenuisse Frecciam lib. 3. tit. de differentijs inter feuda quaternata, et alia plana, et de tabula 23. differentia nu. 30 fol. 423. quibus addo. Nardum Lipar. ad Iser. in cap. primo de eo qui sibi, et hered. suis num. 2. vers. constitutiones in fine Ioanneum Thom. am de Marinis de gener. Et qualitate feudor. lib. primo tit. 11. de feudo femino siue materno num. 27. in fine, Intrigliolum prima centuria de feudis q. 45. num. 215. Et sequentibus qui ad partes articulum disputat. Et hanc sequitur opinionem Franciscus de Amicis fol. 29. vers. Et redeundo ad primam questionem, et hæc communis, et recepta in tribunalibus sententia fundatur, eo præcipuo fundamento, quia constitutio, hæc, et si in rubro loquatur de successione comitū, et baronum tñ de omnibus feudis, et feudatarij loquitur. De viuetibus iure Francorum, Longobardorum, et alijs burgenibus ibi cuiuscunq; Conditionis pater fuerit francus, videlicet, aut etiam Longobardus, miles vel burgensis in successione bonorum præferri volumus, et c. Et respondet Freccia ad Affl. in constitutione, ut de successionibus ubi contrarium tenet eorum, que dixit in c. 1. §. filia vero num. 8. vers. Et volo facere vos aduententes de successio. feudi, inquit n. Marinus, quod Affl. in d. Const. vi de successionibus oblitus fuit de hac constitutione in aliquibus, que in omnibus feudis loquitur, et pro hac etiam opinione non desunt verba Iser. in c. 1. de eo qui sibi, et hered. suis num. 2. ibi per constitutiones Regni inferendo quod per constitutiones Regni est vocata femina pluraliter loquendo tam per constitutionem istam quam ut de successionibus, idem Iser. in c. 1. §. sed quia vidimus de his qui feudum dare possunt num. 15. ibi per constitutionem Regni regulariter succedit, ubi dicit Iser. quod de iure communi feudorum femina regulariter repellitur.

à succes-

69

à successione feudorū, sed iure Regni regulariter admittitur per constitutiones, et ex his non obstant, quae dicit gloss. et idem Iser. in d. constitutione 17. de successionibus quos māte sequitur Cumia sicutus in cap. si aliquem verbo suffeudatum à num. 12. ad 22. fol. 95. pendet nunc quæstio ista in Sac. Conf. inter Elioram de la Vecchia cum Scipione de la Vecchia circa successionem suffeudorum Casalis Orrei et Fasana, quæ tenetur ab Illusterrimo Duce Montis Leonis, et dubitatur si dicta Elionora amita debeat succedere in suffeudis, et consequenter præferri Scipioni consobrino, et in gradu remotiori, sed ex his detegitur quæ sit uerior, et magis recepta opinio in tribunalibus.

Item an constitutio ista procedit in exteris possidentibus bona in Regno Tiraquellus de iure primogeniture q. 46. et 49. huic const. in §. si autem filij concordat consuetudo Neapolitana, si moriatur idem disponens, quod hæc constitutio dummodo feminæ infra 16. annum maritentur alias succedant una cum fratribus in capita. In eadem constitutione ibi vostra Eccellenzia recipiat, vide cap. Regni incipiens feudatarius sub rubrica de statuendo ballo.

Paragium an peti possit à tertio possessore Aſſt. decis. 162. plu 53  
ra Gramaticus decis. 67.

Ad materiam istius constitutionis querunt Doctor. an masculus remotior in gradu preferatur mulieri proximiori Cane-  
tius fol. 275. vers. sed tractandum esset exacte disputat articulum et post DD. quos allegat pugnat pro masculo. Sed Iser. in c. 1. de eo qui sibi et her. suis, et alibi plurimes tenet contrarium quem communiter DD. sequuntur, et in Tribunalibus nostris est recepta opin. Iser. et secundum illam pas-  
sim iudicamus Præsidens de Franchis decis. prima in princi-  
pio, quæ opinio fuit præsupposita pro indubitate in decisione facta iunctis Tribunalibus prod. Donna Iulia Ursina,  
quæ erat neptis in tertio gradu Principis Bisiniani, et pre-  
lata agnatis qui erant in q. in qua causa de alijs pluribus articulis fuit disputatum relatore Domino Ioanne Monto-  
ia meo collega nunc Regente eminentissimo, votauit quoq; in  
causa

*causa Dominus Alonsus Suares Regis Camara Locumtenens Iureconsultus celeberrimus doctrinae, & eloquentia insignis.*

**Ad Constitutionem ut de successionibus in rubr. de successione nobilium in feudis.**

**S V M M A M R J V e M.**

- 1 Filia an sit immittenda in possessionem feudi sive pendente.
- 2 Feudatarius non alienat neque donat feudum secundo genito in præiudicium primo geniti nisi cum Regis assensu impetrato ex certa scientia facta expresse mentione de primo genito.
- 3 Collaterale Consilium non prestat assensum quâdo fendantarius excluso primo genito donat secundo genito, & quare.
- 4 Adoptui non succedunt in feudis.
- 5 Donatio facta secundo genito potest reuocari à primo tanquam inofficiose.
- 6 Adoptari quando possint filii in præiudicium agnati.
- 7 Legitimatio spurij, an fieri possit in præiudicium agnatorum.
- 8 Pater an excludat nepotem in feudis.
- 9 Frater veriuque coniunctus an excludat consanguineum, & num. 15.
- 10 Frater patruelis an præferatur filii alterius fratris patruelis in successione feudi de iure communi feudorum.
- 11 Primogeniti succedunt in omnibus feudis ubi viget ius Francorum.
- 12 Feminae succedunt in feudis antiquis in Regno.
- 13 Feudorum antiquorum successio in Regno quomodo practicatur.
- 14 Clausula sexus prærogativa seruata, quid operetur.
- 15 Fratri consanguineo an præferatur soror utrinque; coniunta.
- 16 Amita an succedat nepoti.
- 17 Soror admittitur in possessione bonorum fratris, & quid in feudis de iure cōi feudorum.
- 18 Monialis ab excludat nupcas tanquam existens in Capillo.
- 19 Frater ex uno latere tantum an excludatur in feudo materno, & quid in feudo habito ex eodem patre.
- 20 Filia quæ non recepit integrum patrum an excludatur?
- 21 Soror maritata an excludat sororem in Capillo.
- 22 Consensus filij & filie primogeniti an requiratur in alienatione feudi ex pacto & prouidentia.
- 23 Mulier quomodo dicatur competenter dotata in materia constitutionis.
- 24 Linea ascendens non est exculpa in omnem easum per hanc constitutionem.
- 25 Constitutio hæc enumerat gradus & non personas & admittit ad successionem feudorum antiquorum omnes illos qui sunt in tertio gradu.
- 26 Constitutio hæc vocat fratres in feudo nauo & quomodo.
- 27 Maioratus bona an possunt alienari pro maritanda filia.
- 28 Feudo devoluto per delictum an concedens teneatur ad onera.
- 29 Feudum quando & quomodo computatur in legitima.
- 30 Feudum refucatum restitetur, ad refutantem iure successionis non reuersione.
- 31 Feudum contra voluntatem defuncti an teneatur ad onera.
- 32 Feudum in qualitate addita efficitur nonum.
- 33 Feudum in dubio presumitur hereditatum non ex pacto.

**S**i revocetur in dubium deferri successionem an interim sit immittenda in possessionem mulier dicens se filiam? Andr. in cap. primo si da feud. defunct. mil. controv. fuer. ubi late Dominus Octavius Bammaccarius et Albert. Brun. cons. primo et Dec. cons. XI 9. et 124. Goz ad. cons. 7. et 8.

Sed an pater possit alienare feudum in 2. genitum in praeciduum primo geniti in feudo antiquo? in causa dominorum de Bozzutis in anno 1540. referente Consiliario Mario Saffo, fuit in S. S. decisum, quod non, tutamen videlicet omnino Loffr. cons. 52. et Curt. Iun. cons. 138.

Hanc dictationem refert, et sequitur Camer. in cap. Imperiatim fol. 57. col. prima qui subdit quod assensus a Rege imperatus non facta expresse mentione de primo genito vel filio 3 primo geniti tanquam subreptitus nullius erit momenti et subdit littera C. aureum notabile, et nenti tenendum quod domini Regentes Regiam Cancellariam indistincte non solent prestare assensum quando pater excluso primo genito vellet donare feudum hereditarium 2. genito quia vix consentiunt quando tria habet feuda, ut de eis donet unum argumento constitu. si quis Baro et nouissimis atque nostris temporibus, ita fuit decisum in Collaterali Consilio in causa Magnifici Baronis Familiae de Altomari qui excluso filio primo geniti donauerat 2. genito feudum, et Collaterale Cöfiliū denegauit assensum relatore domino Fulvio de Constantio Marchione Corleti Collateralis Cöfiliū Decano meritissimo, et maximo feudista. Et ex productis rationibus quoque liquet, si Camerarium bene impugnauit Regens Reuterterius, qui contrarium ut arbitror iudicauerat.

Et quando possit adoptare filium in praeciduum agnatorum, quibus de iure, consuetudine, seu secundum formam inuestitur defertur successio feudi, vide Aym. consil. 135. et Curt. cons. primo.

Sed aduertas quod regulariter adoptiui non succedunt in feude adoptio et voluntate feudista si de feudo defuncti militis nisi

nisi Rex vel alius superior concedens in prima inuestitura eos  
vocauerit.

Et quod feudum, in quo vivitur iure Francorum non possit alie-  
nari in praetudicium primo geniti et si donatur secundo geni-  
to possit revocari ex capite in officio donationis, vidde Lof-  
fred. conf. 47. ubi allegat Cald. conf. 1. de foud. et Alber. de  
Rosat. in probem. digestorum s. discipuli, et Oldrad. cons.  
94. et conferunt qua Affl. scribit in decis. 119.

Et quando possit adoptari in praetudicium Agnati? Io: Faber. in  
§. suis autem inst. de hered. que ab inst. defer. et ibi vide dif-  
ferentiam inter feudum nouum, et antiquum Affl. dec. 248.  
Brun. cons. 10, et Bellam. d. 724.

Sed legitimatio spuri in praetudicium agnatorum an, et quando  
valeat? Dec. in leg. si quam mulier numer. 21. C. de secun-  
dis nupt. Vtrum autem in iure redimendi, vel in iure recursus propter  
euictionem, et quid in actione exempto? et quid de remedio l.  
2. C. de rescind. vend. an succedat primo genitus, vidde ut  
supra.

Et ad intellectum huius constitutionis Soc. cons. feud. posito  
post titulum quis, et a quo appelletur ubi tradit quando pri-  
mo genitus excludat filium secundo geniti ab hereditate Pa-  
trui, et quid de filio secundo genito volente excludere filium  
primo geniti ab hereditate Aui, de qua questione vidde etiam  
per Andr. in cap. 1. § præterea quæ sit prima caus. benef.  
amitt. ubi quid si primo genitus fuerit rebellis, et Affl. latè  
in cap. primo de succ. feud. Gram. decis. prima, et diximus  
in constit. in aliquibus.

Frater autem ex vitroque parente coniunctus an excludat a feu-  
di successione fratrem ex uno latere tantum, vidde Dec. cons.  
443. qui dixit, quod sic, et idem dixit Io: Andr. de Georg.  
Regius Confiliarius in alleg. 21. per totam latissime, tu tamē  
vidde Loffred. in cap. primo de nat. succ. feud. fol. 70.

Ioseph Cumia Siculus latissime in cap. Regni Siciliae quis ali-  
quem verbo maior natu q. 2. 3. et 4.

Et ibi quid in feminâ utrinque coiuncta, an præferatur fratri  
consan-

consanguineo, dum agitur de successione in linea collaterali.  
Vtrum autem frater Patruelis preferatur filijs alterius fra-  
tris patruelis in successione feudi antiqui Brun. disput. ad 10  
partes conf. 70. cum duobus seq. sed haec de iure coi procedunt.  
Et quando filius primo genitus ex concubinatu, excludat secun-  
do genitum natum ex uxore legitima, legitimato postea pri-  
mo per subsequens matrimonium, videt omnino Alber. in  
probem ff. S. discipuli in final. col. et quæ scripsi supra in con-  
stitutione in aliquibus.

Adverte etiam, quod primo genitus ex consuetudine in feudis,  
vbi non sunt vasalli, non succedit simpliciter Alber. di-  
xit in probem. ff. et in l. Barbarius ff. de off. prætor. et Aff. 11  
in cap. Imperialem S. præterea ducatus num. 25. de prohib.  
feud. alien. per Feder. nisi in eis vigeat ius francorum.

Et quod femina sit successibilis in feudo concessò à femina puta  
Regina Anch. conf. 341. pro maiori intelligentia Dec. in 12  
l. prima ff. de reg. iur. Ias. in l. Sipulatio S. hi qui sunt ff. de  
verb. oblig. et Ripa in l. ex facto S. si quis rogatus ff. ad T re-  
bell.

Sed in Regno per constitutionem istam sexus femineus est habi-  
litatus ad successionem feudorum. Sed cohærtatus gradus si-  
quidem de iure communifeudorum masculi tñ usq; ad sep-  
pimum gradum in feudis antiquis succedebant. exclusis fæ-  
minis. sed constitutio ista habilitauit feminas cohærando  
gradum, et masculi, et feminae usq; ad tertium gradum  
succedunt.

Et hodie per nouas gratias concessas Regno per Inuictissimum  
Carolum Quintum in feudis antiquis in descendantibus ex  
linea masculina est ampliatus gradus succendi usque ad  
quartum, sed in descendantibus ex linea feminina remanet  
haec constitutio practicata ut usq; ad tertium gradum succe-  
dant. de quo loquitur pragm. edita per Serenissimū Carolum  
Quintum impressa sub tit. de feudis, et ita practicamustam  
in Regia Camera, quam in Sac. Conf. et indixtincte iudi-  
camus, et quid in feudis nouis practicatur dixi ad constitu-  
tionem in aliquibus ibi vide.

Rationem, & plura conferentia ad materiae primo genitare  
vide per Benedic. in cap. Raynaldus de testam. in verb. in cod.  
testamento relinquens num. 143.

Et an filia ex primogenito succedat exclusa secundo genito in  
feudis, vide Ioannem Fabr. in §. certum inst. deleg. agnat.  
succ. & que latissime scripsi supra in const. in aliquibus.

Namquid autem per illam clausulam, sexus prerogativa

14 seruata queratur ius primo genito? Affl. notat dec. 248.  
vers. sed quia ubi si am ali. scribit nos abilia in materia  
huius constitutionis.

15 Addet etiam predictis consuetudine frater viri; coniunctus  
fratre consanguinorum quis preferatur? videlicet omni-  
no Loffred. in cap. primo de novo feud. fol. 7. ubi quod viri  
que coniunctus preferri debeat, & vide etiam Ioannem  
Andr. de Georg. Regium Consiliarium in allegatione. 21. la-  
tissime, & ibid. per Loffred. quid si fratri primo genito super-  
fit frater consanguineus, & soror viri; coniuncta, quis  
preferatur.

Amita, an succedat nepoti, vel materterा filiae sororis, vide  
per Loffred. in cap. primo. & quia de his, qui feud. dar. poss.

17 & omnino eundem Loffred. in prae traxi sol. 16. & 17.  
Et frater quando succedat in novo feudo fratri suo? Affl. in cap.  
primo. & quia de his, qui feud. dar. poss. col. 4. & in cap.  
primo. fin de successione feud. & Loffred. in cons. 3. 8. ubi  
latè, & ibidem quid si in uestitura dicat successoribus in perpe-  
tuū, & quid hodie per nouā gratiā dixi ad const. in aliquibus.

Quando autem fratri sine liberis decedenti succedat soror ex cla-  
so fisco. Affl. in cap. primo. quin etiam in tit. Episcopm vol.  
Abb. 2. col.

18 Soror autem an admittatur in possessione bonorum feuda-  
lium fratris Dec. cons. 4. 2. 4. ubi quod in ipso est ab. tunc

Intellectum huius constitutionis optime collige ex tex. in cap. 1.  
de benef. fratris, aduentum tamen est, quod licet filia  
admittatur ad successionem per istam constitutionem, non  
in admittitur ad feudi alienationē, Loffred. tradit. cons. 1.

vbi

78

ubi singulariter limitat istam constitutionem, et quando  
dicatur feudum nouum, antiquum, hereditarium ex pacto,  
et prouidentia.

Sed an monialis excludat nuptas tanquam existens in capitulo 19  
Capit. tradit dec. 115.

Restat etiam dubitare an frater ex uno latere tantum succe- 20  
dat sorori, vel fratri, excluso communi patre in feudo ma-  
ternio fser. in cap. primo de nat. succ. feud. Et quid in feudo,  
quod illa filia habuerat a patre suo an frater ex matre suc-  
cedat sibi, vide ibidem per And. col. 3.

Quando autem filia dotata excludatur, et quid si non habuit in- 21  
tegrum paragium, et quid si renuntiavit, et plura notabi-  
lia vide per Iscr. et Affl. in cap. 1. de nat. succ. feud.

Illud etiam non est omissendum, quod ad iudicandum dotem  
Competentem vel non competentem, attendatur tempus con-  
stitutae dotis dixerunt Bal. et Paul. de Caffr. in auth. res qua-  
C. com. deleg. Et ego plenè notaui supra in proxima constitu-  
tione precedentii.

Contingit etiam dubitari an secundi geniti per priuilegium, seu 22  
per statutum possint excludi, de quo vide Loffr. consil. 14.  
num. 141.

Constitutio ista in vers. coniugate, ad matrem intendenda est  
pragmatica Regis Ioanna vulgo dicta la Filengeria. ad  
declarationem istorum verborum, an primogenita dotata a  
parvulitate genita in capitulo, vel excludatur ab ea D.  
Franch. dec. 328. tate qui resert fuisse decisum pro primo ge-  
nito contra opinionem Federici Viualdi qui ad hoc impres-  
tit cōflium post aliquos. Antiqua illa decisio fuit iuriis Tri-  
bunalibus Regiae Camerae, et Sac. Cons. in anno 1581. Et  
statim posse a idem articulus fuit decis. solemniter in anno  
1586. in Sac. Cons. iunctis duabus aulis in causa inter Bea-  
tricem Vitelli cum Virginie Vitelli super successione status  
Amatrici, et fuit prælata Beatrix primogenita maritata a  
patre Jacobo Vitelli Virgine 2. genite in Capitulo ex processu  
pones Ferrarium Actuarium de qua decis. fecit consil. Do-  
minikus de Ponte adeo quod iam est introducta consuetudo

iudicandi in hoc articulo, et minime sunt mutanda que antiquam interpretationem habuerunt. Item ad intellectum istius constitutionis I ser. in c. i. de natura successio feudi formaliter sex questiones easq; ad partes disputat, ut per cum nu. 15. ad 31. cui erit recurrendum ne alias dicta repetantur. videndus est Lucas à Penna in l. fin. col. fin. C. quomodo, et quibus quarta pars lib. x.

Declarando textum in vers. filij autem fratrum, vide I ser. in cap. primo S. et filius fratri in tit. Imperator Lotharius et vidde ad hanc constitutionem Affl. in c. i. S. et quia qui feud. dar. poss.

Et declarando etiam tex. in vers. filie autem in Capillo, addes, que dicatur in capillo Affl. in cap. primo S. rursus que sit prima caus benef. amitt.

Sed an sicuti in alienatione feudi ex pacto, et prouidentia requiriatur consensus primogeniti, ita requiratur consensus filie feminæ, vidde omnino per Affl. in cap. primo S. hoc quoque de succ. feud.

Et an hac constitutio habeat locum in quibusunque feudi vide cundem Affl. in d. cap. primo S. filia vero dixi in constit. in aliquibus.

Num quid autem filij filie feminæ succedant fratri, et si patruo decidenti sine liberis, vidde ibidem per Affl. col. fin.

Potest etiam dubitari numquid mulier ingressa monasterium debet habere dotem promissam, vel legatum in testamento pro maritagio, de quo vidde Capyc. dec. 294.

Mulier etiam in casu bujus constitutionis quando possit dicere testamentum nullum, et quando dicatur competenter dota-  
ta, vide Dec. in cons. 505. et Ang. cons. 132.

Numquid autem presumatur, quis uxorem duxisse sine dote, ad materiam constitutionis, vidde omnino per Bald. in auth. res quæ C. commun. deleg.

Et quod feminæ sit habitata ad succendendum in feudo tam per const. ut de succ. quam per const. in aliquibus, vidde Affl. in S. filia num. 6. vers. et volo facere, vos aduertentes de succ. feud. et ex hoc inferitur quod feminæ in Regno est habilitata

lita etiam ad feuda plana, e.g. de tabula, ut per Finas. lib.  
2. sub tit. differentia feudi quaternati, vers. 23. dixi supra  
in constitutione in aliquibus.

Et quomodo haec constitutio prefert 2. genitam in capitulo pri-  
mo genitae dotatae, vide Regentem de Pont. cons. 21. nu. 6.  
qui latè explicat hanc materiam.

Addo etiam, quod haec constitutio non excludit in omnem ca-  
sum lineam ascendentem, Lanar. cons. 68. num. 3. e.g. solum 25  
tractat de prelatione inter ascendentes, e.g. Collaterales ibi-  
dem num. 4.

Quod haec constitutio habeat locum in feudo quaternato tantum,  
non autem in feudis rusticis seu planis, e.g. de tabula Io. Vinc.  
de Ann. in all. 70. num. 37. sed de veritate dixi in constitu-  
tione in aliquibus latissime, e.g. an d. constitutio suppleatur  
per alia iura communia feudorum, vide cuncte Ann. in rub.  
d. constitutionis num. 376. ex quo dicta constitutio non ha-  
bet locum in refutatione, vide ibidem num. 384. nec sit cor-  
rectoria, sed limitatoria ibidem num. 385. 391. 392. 394.  
e.g. quod dicta constitutio enumerat gradus, non personas, vi- 26  
de cuncte Ann. in all. 34. nu. 4. et 27. e.g. 19. in all. 35.  
e.g. in rub. num. 89.

Addo etiam, quod haec constitutio induxit nouum modum succe-  
dendi in feudis, vocando fratres, item vocando frates in  
feudo novo, item vocando fratrem non coniunctum ex late-  
re feudi, e.g. reintegravit ex hoc ius cognationis, sed ius pri- 27  
mo geniturae, est potentius quam duplicitas coniunctionis la-  
tissime de hoc Regius Conflicarius Jo: And. de Geog. in alleg.  
21. ipse tamen tenet cum Iser. quod frater vir inque coniunc-  
tus preferatur in successione feudi fratri consanguineotan-  
tum maiori natu, vide ibi in ardua causa.

Declaro id quod supra dixi qd. constit. haec vocat frates in feudo  
novo. sed per clausulam apponi salitam de filiis cancellarie  
in Regno uidelicet pro heredibus, e.g. corpore legitime de-  
scendentibus frates remanent exclusi. ideo superuenit gra-  
tia Regno concessa in anno 1576. per quam etiam frates so-  
rores e.g. filii fratum in feudis novis fuerunt admissi.

Addo

Addo etiam ultra predicta, quod ista constitutio non limitat personas, sed gradus ad successionem feudi, et ultra supra allegata decidit D. de Franch. d. 73. num. 16. et quod dicta constitutio loquitur in paragio debito sororibus in bonis paternis vide ibidem nu. 23.

Ad hanc constitut. vi de successionibus maioratus bona an possint alienari pro maritanda filia. Quarr. Variar. resol. lib. 3. cap. 6. in fin. @ Arriu. Pinell. satis singulariter in leg. prima par. 3. num. 102. C. de don. mat. Boer. dec. 129.

Feudum si ob delictum sub feudatarij vadat ad Baronem, an devolvatur cum suo onere, ut Baro teneatur ad debitam subfeudatarij? Andr. dicit, quod non in const. si quis post lite, et in const. const. Diu. mem. in fin. Nisi feudatarius contraxisset debita ratione feudi, ut per Albert. Bru. in consil. 104. et in casibus, in quibus assensus non est gratia, ut per Frecc. lib. 2. de subfeud. auth. 29. nu. 7.

Feudum si sit hereditarium computatur in legitima, si autem sit ex pacto, et prouidentia iure institutionis primae defatur, aut acquisitio est facta ab aucto, et tunc non imputatur in legitimam: aut agitur de successione ipsius acquirentis, et indistincte in legitimam imputabitur, etiam si sit ex pacto, et prouidentia, quia runc cum nouum sit, uti hereditarium indicabitur respectu primi acquirentis, et quo ad gesta per ipsum Vinc. de Franch. 368. decis.

Feudum refutatum a patre in filium mortuo filio revertitur ad patrem, sed an iure reversionis vel iure successionalis? quod ad opera medio tempore contracta? vide Andr. in const. si quarto, et Vinc. de Franch. d. 3. ubi dicit suisse decisionem per Sac. Conf. quod pater succedet ut heres, et tenebitur ad opera medio tempore contracta per filium, et idem tenet Regens de Ponte in suo tract. de potest. Proreg. fol.

Addo quod secundum decisionem predictam D. Franch. fuit pro Regiam Cameram iudicatum in successione quod Dominus Ducis Sancti Petri in Gallesia cui successit Princeps Bisigniani Nicolaus Berardinus Sanseverinus eius pater in feudi per prius ab eo refutatis; et fuit condemnatus

79

ad solutionem relevij non obstantibus dictis aliquorū Doct.  
quos Freccia refert, et sic confirmata fuit decisio Dñi de  
Franchis 3. decretum est in actis relevij in archiuo Regie  
Camerae Commissarius fuit dominus Ioannes de Montoia  
Collega meus integerrimus, et peritissimus nunc Regens  
Regiam Cancellariam.

Et an frater, et soror in successione feudi antiqui preferantur  
patri pro fratre et sorore consuluit Lanarius cons. 68. qui  
de comuni testatur.

Ad intellectum vers. filio autem in capitulo de Franchis decis.  
328.

Feudum si contra voluntatem defuncti ad aliquem deueniat  
non tenebitur is habereturatum factum defuncti si ex pacto,  
et prouidentia sit, secus si hereditarium alias esset in potesta  
te feudatarij mutare naturam feudi hereditarij in praedi  
cium creditorum ut per Capyc. Dec. 199. et Vincensium  
de Franc. d. 1. et 3. qui contradicunt Dñi Regens de Cur  
te et Octavius Bammacarius.

Feudum per qualitatem de novo additam efficitur nouum in  
illa qualitate addita, secus in ceteris Camer. in cap. Imper  
iale fol. 33. litt. T.

Feudum in dubio presumitur non ex pacto, et prouincia Bat.  
in cap. primo. An agnatus Alex. cons. 10. vol. 3. N. art.  
cons. 501. num. 20. et cons. 634. num. 8. et licet contra  
rium sentiant Goz adim. cons. 43 numer. 26. Socco. Iun. cons.  
42. vol. 3. Paris. cons. 23. num. 134. vol. primo, et Cafal.  
cons. 301. num. 104. vol. 3. in Remotamen verior est pri  
opinio Loffr. cons. primo num. 60. Frecc. de subfeud. lib. 3.  
in 16. diff. fol. 262. quia de iugendo velut

Feudorum successio quomodo fuerit, et si hodie prorogata per  
const. Regni, et gratias Regno concessas de quibus supra.  
Reg. de Ponte in suo tract. de post. Pror.

• illas. I. ni. n. ab. in. I. v. p. r. o. n. e. f. a. l. i. o. l. u. d. 3  
• g. r. s. i. v. l. u. c. m. n. e. f. a. l. i. i. i. d. l. o. n. i. n. q. l. u. l. e. b

Ad constitutionem Reg. Const. Diuꝝ mem. de-  
reuoc. feudor. & rer. feud.

S V M M A R I V M;

- 1 Emptor sequita reuocatione an faciat fructus suos.
- 2 Assensus an impetrari possit licet pendente.
- 3 Assensus & contractus eadem die celebrati: quis præcedere presumetur.
- 4 Assensus hodie requiritur in alienatione necessaria.
- 5 Constitutio hæc an procedat in feudis relictis.
- 6 Reuocans an teneatur ad interesse, & vtrum ad melioramenta nu. 7.
- 8 Assensus an probari possit per testes, & num. 10.
- 9 Contractus an fieri possit in augmentum feudi.
- 11 Alienatio feudi facta in segeni sine prole dicuntur fieri in augmentus feudi.
- 12 Facultas conessa feudatario alienandi intelligitur cum assensu.
- 13 Assensus præstitus doti an includat antefatum.
- 14 Clausula non obstante quod super bonis feudalibus &c. quid operatur.
- 15 Assensus potest præcedere, & subsequi.
- 16 Transactio an fiat super feudis absq; assensu.
- 17 Assensus favore dotis etiam post mortem impetratur.
- 18 Assensus permisius differt a dispositiō & obligatiō.
- 19 Annua perceptio ad vitam an imponi possit sine assensu.
- 20 Assensus impetratus super testamento post mortem testantis an valeat.
- 21 Retensio an defūr per obligatione feudi sine assensu.
- 22 Recipiens prætium post reuocationem impetrato tamē assensu an valeat actus.
- 23 Assensus an possit expediri per credidores contrahendum.
- 24 Alienatio in proxime successorum an teneat sine assensu.
- 25 Utile per inutile an vitietur in feudis.
- 26 Excadentia quæ dicuntur.
